A **Implevit** legem quo ad precepta: ꝛ quo ad promissa: nunc quo ad iudicia. Primo ergo ordinat vt non fit temerarium iudicium: ꝛ dicit. Nolite iudicare ꝛc. i. ex amaritudine odij. Amos. 6. Conuertistis iudicium in amaritudinem. Uel sic. Nolite. Quantum ad ea que nostro iudicio non sunt cōmissa. Domini est iudicium nobis cōmisit iudicare de exterioribus. de interioribus sibi retinuit. Nolite ergo iudicare de eis p̄ Corinth. 4. Nolite iudicare ante tempus. Dicit. 17. Prauum est cor hominis ꝛ quis cognoscet illū? Nullus enim debet iudicare de aliquo q̄ sit malus homo. Dubia enim in meliorem partem interpretanda sunt. Item iudicium debet esse congruum quantum ad personā iudicantis. Unde si es in eodē peccato / vel maiori: non debes iudicare. Ad Ro. 2. In quo enim iudicas alterum: teipsum condēnas. Item non prohibetur prelatis / sed subditis. Unde non debent iudicare nisi subditum. Sz Chrysosto. Nolite iudicare ꝛc. idest nolite iudicare vosmetipsos iudicando. Unde si reminiscimini / non inde iudicabimini. vnde ratiōe huius misericordie / misericordiā consequimini. Sequitur ratio [In quo enim ꝛc.] idest, p quo iudicio iudicaueritis iudicabimini. ps. 7. Conuertetur dolor eius in caput eius ꝛc. Et infra. 26. Qui peruulserit gladio / gladio peribit. Uel sic. Timere debent qui iudicant ne hoc iudicio dominus permittat eos puniri: vt in Isa. 33. Ueh tu qui prædaris nōne ꝛ tu prædaberis. ¶ In qua mensura ꝛc.] Dic ponit rationez sub similitudine iudicij. Judex enim est sicut regula animata. Cuz enim vis equare duo / defers ad regulam: ꝛ quod superabūdat de vno resecas: sicut si aliquis habeat de alieno plusq̄ debeat habere: ideo resecat ꝛ reddit vnicuiq; qđ suum est. i. pro ista mēsura remetietur nobis. Sed obijciatur. Aliquis peccat temporaliter ꝛ ide punitur eternaliter: videtur q̄ non sit equum iudicium. Dico q̄ in peccato deo sunt consideranda. duratio / ꝛ offensa. ꝛ in offensa duo. s. auersio / ꝛ conuersio. Ex parte conuersionis est culpa finita est. Ex parte auersionis infinita: quia auertitur a deo qui est infinitus: cum ergo auertat se ab infinito / infinite puniri debet. Item ex parte durationis est duo cōsiderare. s. actum ꝛ maculā. Actus momentaneus est macula infinita. i. eterna. ideo infinite. i. eternaliter puniri dz. Unde si a demonibus posset deleri macula: possent liberari a culpa ꝛ pena. Similiter a pre pene est acerbitas ꝛ hec est finita. Item duratio / ꝛ hec est infinita. ¶ Qui autem vides ꝛc.] Dic dicit q̄ non debet esse iudicium inordinatum. Inordinatum enim est quando ab aliquo incipit non plene examinata causa: aut gravitate delicti. In iudicando enim duo sunt necessaria: cognitio cause / ꝛ iudicium. De primo Job. 29. Causam quā nesciebam diligentissime inuestigabam ꝛc.] Quid autem vides festucam [leue peccatū] in oculo]. i. in conscientia fratris. [Trabem autem]idest graue peccatum[in oculo tuo ꝛc.] per trabem ꝛ festucam docet considerare quantitatem peccatorum. Sepe enim qui grauia peccata cōmittunt: reprehendunt eos qui levia: sicut contingit in iudicandis religiosis: cum aliqui qui grauia faciunt / que vident levia in religiosis iudicant grauia: sed absorbentur illa sicut vna gutta aque in maximdine vini. Item contingit q̄ aliqo, ex infirmitate peccet leviter: ꝛ aliquis iudex malus qui vellet punire illum ex odio considerat festucam in oculo illius: non autem trabem in oculo suo. Sed [quo modo]. i. qua fronte dicere potest [frater ꝛc.] Uerecundari debes. Chrysosto. Quo animo diligat homo magis aliuz q̄ se. Si enim corrigis cuz animo correctionis / pius corriges te: sed hoc facit odio vel inani gloria. Sed queritur vtrum qui in peccato mortali est possit alium corrigere? Dico q̄ aut aliquando fuit in peccato / aut nō si nūq̄ fuit in peccato: debet timere ne cadat. ideo inuite debet corrigere: si aliquando in peccato fuit: cum mansuetudine corripere debet. Et ideo forte dominus permisit Petrum cadere: qui debebat esse pastor ecclesie vt mitius se haberet cū peccatoribus: ꝛ de Christo dicit Paulus. Heb. 4. Non habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris tētatum per omnia pro similitudine absq̄ peccato. Si autem subiacet peccatoe aut est publicum / aut occultum. Si occultum aut ex infirmitate: quia displicet ei q̄ peccat: ꝛ sic corripe potest: quia quod corripit in alio / corripit in seipso. Si ex malitia nūq̄ debet corripere. Si autem publicum non debz arguere cum severitate sed mansuete seipsum coniungere illi. Unde contra peccatores non est obiurgandum cuz asperitate. Sequitur. ¶ Hypocrita ꝛc.] Incipit dominus arguendo sicut inferius contra seruum neq̄ ꝛc.

Obicio. Soluio. Dicenter, potest quis / puniri pena eterna. B Chrysosto. Ambro.

Augustinus. Augustinus. Ostendit q̄ intendit reprehendere cuz qui assumut auctozitatem que non est sua. ps. 49. Peccatori autem dixit deus. Quare tu enarras iustitias meas: et assumis testamentum meum per os tuum. Tu vo odisti disciplinam ꝛc. ¶ Eyce primo ꝛc. ¶ Jeiunando, orando, erubescendo ꝛc. ¶ Et tunc poteris videre festucaz in oculo fratris tui. ¶ sequitur. ¶ Nolite sanctum dare canibus. ¶ In quo ostendit q̄ iudicium debet esse discretum. Notanduz ergo quid per sanctum: et quid per margaritas. Augustin⁹. Sancta sunt inuiolata: et imaculata, conseruanda. Margarite q̄ pretiose non debent contemni: per canes qui lacerant dentibus heretici significantur. Per porcos qui conculcant pedibus: immundi. Sancta ergo dare cambus est sancta hereticis ministrare. Item si aliquid spirituale dicatur et istud contemnitur: porcis datur: vel per sancta: ecclesiastica sacramenta: per Margaritas: dignitas veritatis. Canis est animal totaliter immundum. Porcus partim immundus, partim non: per canes infideles: per porcos mali fideles. Nolite ergo sanctum ꝛc. i. sacramenta dare infidelibus: Margarite. i. sensus spirituales non debent porcis dari. p̄ Lozin. 2. Animalis homo non percipit ea que dei sunt. i. ne forte cōtemnant. Prouer. 25. Anima saciata: conculcat fauum. Unde conuersi ad peccata dirumpunt: quia contemnunt vel calumniam inferunt. Sed quare: Nonne christus multa bona dixit infidelibus: et illi dirumpebant verba sua: Dico q̄ hoc fecit p̄ per bonos qui cum malis erant qui inde proficiebant.

C ¶ Petite et dabitur vobis. ¶ Dedit suam doctrinam que est completa et perfecta. Dic docet qualiter possit impleri. Ad hoc autem est necessaria oratio, et diligens attentio. Primo ergo docet petere. 2°, dat securitatem ad impetrandum. ibi ¶ Aut quis ex vobis ꝛc. ¶ Dicit ergo. ¶ Petite. ¶ Et in hoc vide duas falsas opiniones amoueri. Duo errores amouentur. Primam. s. superboz: qui putant suis viribus precepta cōplere. Sed dicit, q̄ necesse est petere a deo. Quid enim habes quod non accepisti. p̄me Lozin. 4. Item amouet opinionem multozum qui dicunt, q̄ deus non curat de orationibus: et q̄ non impetrarēt si peterent. Ideo addit. ¶ Et accipietis. ¶ Item addit. ¶ Querite et inuenietis. ¶ Et ꝟ exponitur. Primo, vt in istis duobus nihil addatur, sed ans modus. Requiritur enim ad petendum solicita attentio. Item feruens deuotio. Dic duo inuit: cuz dicit. Querite: deest orate, vel petite: sicut qui aliquid querunt, totaz intentionem ibi ponunt. Unde ad illud pertinet quod sponsa dicit in cant. 3. Quesiui quez dilexit anima mea. ¶ Et inuenietis. ¶ ps. 26. Unam petij a domino hanc requiram. Item querite ad modum pulsantis. Quia qui clamat ad hostium si nō exaudiatur fortiter pulsat. Cant. 7. Ueni dilecte mi egrediamur in agrum cōmoremur in villis ꝛc. Scōm vo Augustinus. Retorqueatur ad ea que Christus dicit de seipso. Ego sum via, veritas, et vita. Si ergo vis per hanc viam ire, pete ab eo, vt vias tuas dirigat. Unde in ps. 24. Uias tuas domine demonstra mihi: et semitas tuas edoce me. Si vis veritatem cognoscere, requere et inuenies: sed non sufficit viam noscere, nec veritatem quereremus, nisi veniamus ad vitam. Unde Exo. 15. Introduces eos: et plantabis in monte hereditatis tue. Item aliter exponitur, retorquendo ad diuersos actus. Petite orando, querite studendo, pulsate operādo. Omnis enim qui petit accipit ꝛc. Dicet aliquis. Tu dicis, q̄ petamus. Credo q̄ dicatur istud sanctis hominibus: sed non sum de numero istorum. Ideo dicit. ¶ Omnis qui petit accipit ꝛc. Sed videtur falsum esse: quia scribitur Joan. 9. Scimus quia peccatores deus nō audit. Et Augustinus soluit id, si peccatores deus non audit, quomodo dictus est de publicano qui dicebat. Propitius esto domine mihi peccatori. Unde addit: peccatores non audit: scilicet volentes remanere in peccatis. Sed sciendum, q̄ oratio est meritoria, et impetratoria: et potest esse meritoria etiam si non sit impetratoria. Sed quid est quod dicit q̄ omnis ꝛc. Uidetur esse falsum, quia non semper accipitur quod petitur. Dico q̄ in quatuor casibus petit homo: et non exaudiatur. Quia vel petit quod non expedit. Infra. 20. Nescitis quid petatis. Ideo petenda sunt necessaria ad salutem. Item secūdo quia non bene petit. Jaco. 5. Petitis et non accipitis: eo q̄ non bene petatis. Ideo petendum est pie. i. cum fide. Item humiliter. Unde Luc. j. Respexit humilitatem ancille sue. Item pie: ideest deuote. Item non aliquando auditur, quia pro alio oratur: cuius merita contradicunt. Dicit. 15. Si steterit Moyses et Samuel coram me non est anima mea ad populum istum ꝛc. Item non exaudiuntur, quia non perseuerat. Luc. 18. Quia oportet semper orare et perseueranter quia dominus vult q̄ crescant vota. Item contingit, q̄ dominus exaudit: sed non videtur, quia dat dominus ad vtilitatem, non ad voluntatem: vt accidit Paulo, Augustinus. Bonus dominus qui sepe non tribuit quod petimus vt tribuat quod malimus: et quia nos vocamus eum patrez, tribuat nobis quod pater filio. Ideo subdit. D

¶ Quis ex vobis homo ꝛc. ¶ per panem intelligit christus. Joan. 6. Ego sum panis viuus qui de celo descendi ꝛc. Item panis est sacra doctrina. Eccle. 16. Cibabo illum pane vite et intellectus. Item charitas. Esa. 30. Erit panis terre vberrimus et pinguis. Econtrario lapis est diabolus. Job. 41. Indurabitur cor eius quasi lapis. Itē dicitur obduratio. Unde dicitur Ezechiel. 36. Auferaz a vobis cor lapideum: et dabo cor carneum. Item dicitur falsa doctrina. Job. 20. Lapidem caliginis. Et ymbrem mortis diuidit torrens ꝛc. Unde si quis petit a deo vt a patre, panem: adest christum: non dabit diabolum. ¶ Similiter si piscem. ¶ Pisces viuit in aquis: et est abundantia dogmatum. Joan. 4. Qui biberit ex hac aqua non sitiet amplius. Et. 7. Erit fons aque viue saluentis in vitam eternam. Item per aquas tribulationes. Unde per pisces, viuentes in aquis tribulationis. Uel piscis dicitur fides, que latet sub aqua: ideest custodia spiritus. Sed per serpentem falsa doctrina hereticorum. Dicit ergo. Qui ergo petierit piscem, non dabit ei serpentem. ¶ Alius Euangelista: ponit tertium: scilicet ouum. Ita quod per panem charitas: per piscem fides, per ouum spes. Infert. ¶ Ergo si vos cum sitis mali nostis ꝛc. ¶ Sed dicet aliquis. Hoc dixit Apostolis qui non erant mali. Et soluit Chrysostomus. Ex immo ad comparationem bonitatis diuine. Esa. 66. Omnes mundicie nostre quasi pannus menstruate. Dicronymus dicit. Et si non omnes mali sm actum tamen omnes mali sm pronitatem ad malum. Unde habetur. Gene. 6. Ex cuncta cogitatio humani cordis intenta est ad malum omni tempore. Et Dieremia. 16. Ecce enim vnusquisque ambulat post pranitatem cordis sui. Augustinus. Si ergo vos cum sitis mali non dicitur vos estis mali: sed cum sitis mali, datis filijs temporalibus temporalia bona: que reputatis bona: multo magis ergo pater vester qui est summe bonus. Et hoc est quod sequit. ¶ Quanto magis pater vester ꝛc. ¶ Dabit bona petentibus. Et si vultis accipe. ¶ Omnia ergo quecūq; vultis ꝛc. ideest alys dimittite si vultis vt dimittatur vobis. Aliqui apposuerunt omnia bona: sed non oportet: quia dicit vultis. Uoluntas autez bonorum: et cupiditas malorum: ideo non est necessarium addere bona. Unde quod tibi vis fieri: alijs facias. ¶ Dec ē

Obiecio. Augustinus. Obiecio. Augustinus. Obiecio. Augustinus. Augustinus. Augustinus. Obiecio. Augustinus. Augustinus.

enim lex ⁊ prophete. Jt non dicit tota lex ⁊ prophete: sicut in primis preceptis. Ab illis enim duobus tota lex pendet ⁊ prophete. ¶ Intrate per angustam portam: quia forte crederet aliqs quod dixerat petite ⁊c. Ne crederet quod totum haberet a deo sine operibus bonis. Jdeo docet q̄ hoc etiam sit per opera bona. Primo ergo ponit admonitionem. Secundo rationem. Dicit ergo [Intrate. Jdest Laborate ad intrandum. Augustinus exponit dupliciter. Christus porta est. Joan. 10. Ego sum ostium: quia sine ipso non venitur ad regnum. Hec porta est angusta per humilitatem. Quia humiliant se vsq̄ ad mortem. Unde verbum abbreuiatum faciet dominꝰ super terram. Ro. 9. Unde intrate per angustam portam ídest per christi humilitatem. Luc. vltimo. Oportuit eni christum pati: ⁊ ita intrare in gloriā suam: ⁊ sic nos oportet. Unde per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei. Item hec porta dicitur charitas. ps. 117. Hec porta dominí: iusti intrabunt in eā. Hec est arcta ⁊ lege diuina: ⁊ per hanc debemus intrare seruando legem ⁊ precepta. Deinde assignat rationem. [Quia lata porta ⁊c.] Et describit duas portas: vnam latam / aliam strictam. Lata describitur quia lata diabolus: lata presumptio superbie. Infra. 16. Porte inferi non preualebunt aduersus eam. Hec porta lata est: quia latum est quod omnes recipit. Non enim est quod repleat. Item hec porta dicitur iniquitas siue vitium. Et hec est lata: quia multiplicater contingit. Dicitur eni virtus vno modo: vitium autem multifarie. Osee. 4. Maledictū ⁊ mēdacium ⁊ homicidium / ⁊ furtum ⁊ adulterium mundauerunt: ⁊ sanguis sanguinem tetigit ⁊c. Item est via lata: ⁊ hoc est opus peccati. Diere. 2. Quid tibi vis in via egypti. Item hec via est spatiosa: quia in sui principio videtur esse lata: sed post angustatur: qua exitus eius est ad perditionem: quia stipendia peccati mors est. [Et multi sunt qui intrant per eam.] Dic tangit numerum: quia ad literam. Stultorum infinitus est numerus. ¶ Angusta est porta ⁊ arcta via que ducit ad vitam.] Hec est contraria precedenti: ⁊ hec est arcta: quia arctata fm regulā legis est via contra viam. Prouer. 4. Vias enim que a dextris sunt nouit dominus: peruersa sunt que sunt a sinistris ⁊c. Sed potest quēri: quare via charitatis est arcta: Quia videtur q̄ sit lata. Prouer. 4. Ducam te per semitas equitatis: quas cū ingressus fueris non arctabūtur gressus tui. Via autē peccatorum est via stricta. Unde Sapien. 7. Ambulauimus vias difficiles. Dicendum q̄ est via carnis ⁊ rationis. Via charitatis in via carnis est stricta via: in via rationis econtra. Et est exemplum de Pedagogo. Quia quāto plus diligit puerum / magis arctat gressus suos. Unde vie charitatis i via carnis arctātur: in via rationis econtrario. ps. xj. Et confige timore tuo carnes meas. [Et pauci sunt qui inueniunt eam.] Dic facit mentionem de difficili ⁊ rara inuentione in via spiritus: ⁊ in via carnis non. Et est ratio. Quia via carnis est delectatio: ⁊ hec est in promptu. Via Xi spiritus est occulta. Unde ps. 30. Cū magna multitudo dulcedinis tue domine quam abscondisti timentibus te. Quia eius est in occulto: ideo ⁊ pauci inuenunt eam. Sed ⁊ aliq inueniunt: ⁊ retrocedūt: de quibus dicitur. Luce. 9. Nemo mittens manum suam ad aratrum ⁊ aspiciens retro aptus est regno dei.

¶ Attendite a falsis prophetis: qui veniunt ad vos in vestimentis ouium. intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. Numquid colligunt de spinis vuas: aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona: bonus fructus facit: mala autem arbor: malos fructus facit. Non potest autem arbor mala bonos fructus facere: neq̄ arbor bona malos fructus facere. Omnis arbor que non facit fructum bonum excidetur: ⁊ in ignem mittetur. Jdeo ex fructibus eorum cognoscetis eos. Non omnis qui dicit mihi domine domine intrabit in regnum celorum: sed qui facit voluntatē patris mei qui in celis est: ipse intrabit in regnum celorum. Multi dicent mihi in illa die: domine domine: nonne in nomine tuo prophetauimus: ⁊ in nomine tuo demonia eiecimus: ⁊ in nomine tuo virtutes multas fecimus? ⁊ tunc confitebor illis: quia nunquam noui vos. Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem. Omnis ergo qui audiuit verba mea hec ⁊ facit ea: assimilabitur viro sapienti qui edificauit domū suam supra petram: ⁊ descendit pluuia ⁊ venerunt flumina ⁊ flauerunt venti ⁊ irruerunt in domum illam ⁊ non cecidit. Fundata enim erat super petram. Et omnis qui audit verba mea hec ⁊ nō facit ea: similis erit viro stulto qui edificauit domū suam super arenam: ⁊ descendit pluuia ⁊ venerunt flumina: ⁊ flauerunt venti ⁊ irruerunt in domum illam: ⁊ cecidit: ⁊ fuit ruina eius magna. Et factum est cum consummasset Jesus verba hec: admirabātur turbe super doctrina eius. Erat aūt docens eos sicut potestatem habens: ⁊ non sicut scribe eorum ⁊ pharisei.

¶ Docet cautelas a quibus cauendum sit. Describuntur autem a professione. Quia prophete. Sed potest queri: de quibus prophetis q̄ lex ⁊ prophete vsq̄ ad Joannē. Unde in tempore illo non erant prophete de christo: qa in ipso finiuntur. Jdeo dicendus q̄ prophete sunt doctores in ecclesia ⁊ prelati. Sed qd est quod dicit: falsi? Falsi dicūtur qui non mittunt. De talibus dī. Dier. 23. Non mittebam eos: ipsi currebant. Item falsi dicuntur: qui mendaciū dicunt. Unde Diere. 2. Prophete eiꝰ pphetauerunt in Baal. Sic etiā multi fuerūt pseudo pphete in populo: sicut ⁊ in nobis erunt magistri mendaces. [Attēdite] i. diligenter cauete. Quia occulti sunt. Et a laqueis occultis cauendū est. Unde malignitas eoꝝ intrinsecus latet. Dicit q̄. [Qui veniūt ad vos in vestimētis ouiū ⁊c.] Oues sunt fideles. Nos aūt populus eius ⁊ oues pascue eius. ps. 92. Uestimēta aūt eoꝝ sūt iciuniū / elemosyne / q̄bus se tegūt. 2. ad Tbi. 3. Habentes speciē pietatis. Uirtutem autem eius abnegantes. Sed sciendum: q̄ si lupi se tegant pellibus ouium. Non tamen propter hoc ouis perdit pellem suā: sic ⁊ illi mali bonis opibus tegūtur: tamen multum boni proficiunt. Intrinsecus autē sunt lupi rapaces.] Hoc principaliter exponitur de hereticis: ex consequenti de malis prelatis. Unde habetur super

E

Augustinus.

Glosa.

F

Glosa.

Pastor. Lupus ⁊ Mercenari⁹

illud. Joh.10. Ego sum pastor bonus: dicitur ꝙ quidam est pastor qui gubernat ⁊ regit: quidam lupus qui perniciem intendit: quidam mercenarius qui cōmodum proprium querit. Unde pastor est amandus, lupus fugiendus: mercenarius tollerandus. Quod ergo dicatur ꝙ intrinsecus ⁊c̄. Intelligitur de his qui habent intentionem peruertendi plebem: ⁊ lupi sunt dicendi. Item mercenarii: scilicet mali christiani qui dispergunt malo exemplo: qui vitam habent malam: quantum ad effectum habent modum lupi. Act.20. Quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos: non parcētes gregi ⁊c̄. Et dicit. Intrinsecus: quia malam habent intentionem occidendi plebem. ⌊ A fructibus eorum cognoscetis eos ⁊c̄. ⌋ A fructibus: deest operationibus. Sed videtur contra. Quia habent vestes ouium: ⁊ vestes sunt opera. Ergo ab eis cognoscentur. Chrysostomus. Fructus est confessio fidei. Unde si confitetur fidem: non est hereticus. Ad Eph̄.5. Fructus enim lucis est in omni bonitate: ⁊ iustitia ⁊ veritate ⁊c̄. Si autem exponatur de simulatoribus: tūc sic exponitur: quod per vestes exteriora operа. Unde ad Gal.5. Fructus autem spiritus est charitas, gaudium ⁊ pax ⁊c̄. Sed queres, qualiter possunt cognosci? Dicendum ꝙ potest vix aliquis hypocrita esse ita compositus: quin appareat aliquid malitie vel verbo vel facto. Prouer.27. Quomodo in aquis respondent vultus prospicientium, sic corda hominum manifesta sunt prudentibus. Et Seneca. Nemo potest diu fictam ferre personam. In duobus autem maxime manifestātur. In his que subito agenda occurrunt: quia in his que cuz deliberatione facit: caueat sibi. Item in tribulationibus. Eccle.6. Est amicus sm̄ tempus suuz ⁊ non permanebit in die tribulationis ⁊c̄. Item manifestantur quando non possunt cōsequi quod volunt, vel cum tam consecuti sūt. Unde principatus vix cognoscit. ⌊ Nunqd colligūt ⁊c̄. ⌋ Per vuas ex quibus fit vinum intelligitur spiritualis letitia. Quia vinuz letificat cor hominis. ps̄. 103. Per ficus dulcedo ecclesiastice pacis: que est charitas: hec non possunt nasci de tribulis: deest peccatorib⁹: quia spinas ⁊ tribulos germinabit tibi. Gen̄.3. Et hoc probat per exemplum. ¶ Omnis arbor ⁊c̄. Ex hoc Manichei assumpserunt duas naturas: scilicet bonam ⁊ malā. Sed hoc non est verum: quia videmus de mala creatione: bonum fructum: ⁊ econuerso. Unde ad hoc debes intelligere ꝙ arbor est principium fructus. Sed principiuz est duplex. Principium nature: ⁊ principium moris. Principiuz nature est anima. Et quicquid inde procedit naturaliter, totum bonum est. Principium autem moris est voluntas: ideo si voluntas fuerit bona ⁊ opus bonum, cum habeat voluntatem bonam cum intentione bona: quia si vellet furari pro elemosyna danda ⁊ si voluntas bona est: non tamen intentio est recta. Sed quid fiet de arbore mala? Omnis arbor que fructuz non facit, excidetur: quia si nō facit: vel si omittit facere cum possit, excidetur. Unde Joan.15. Si quis in me non manserit mittetur foras sicut palmes ⁊ arescet ⁊ colligent eum, ⁊ in ignem mittent ⁊ ardet. Unde Luc̄.13. Dicitur de siculnea quam: scilicet precepit dominus scindi ⁊ tolli. Tollatur impius ne videat gloriam dei. Concludit. ⌊ Ergo a fructibus eorum cognoscetis eos. ⌋ ¶ Non omnes qui dicunt mihi domine domine ⁊c̄. ⌋ Posita doctrina, ostendit ꝙ oporteat eā obseruare: quia nihil aliud sufficit ad salutem. Et circa mandata siue doctrinam dei quatuor sunt necessaria siue laudabilia. Ut ore confiteamur, confirmetur miraculis: ⁊ audiatur verbum dei: ⁊ exequatur opere. De primo. Ad Rom.10. Corde creditur ad iustitiam. Ore autem confessio fit ad salutez. De secundo. Marci vltimo. Domino cooperante ⁊ sermonez confirmante sequentibus signis. Item vt audiatur. Joan.8. Qui ex deo est verba dei audit. Item quarto requiritur ꝙ faciat. Jaco. Estote factores verbi ⁊ non auditores tm̄. Unde vult ostendere ꝙ tria sine quarto non proficiunt. Unde dicit. ⌊ Non omnis qui dicit mihi domine domine ⁊c̄. ⌋ Sed videtur hoc esse contrarium Apostolo dicenti. Nemo potest dicere dominus Jesus nisi in spiritu sancto: sed qui habet spiritum sanctum intrat in regnum celorum. Solut. Augustinus ꝙ dicere dicitur multipliciter. Cōmuniter: stricte ⁊ proprie. Et stricte non est aliud nisi manifestare affectum ⁊ voluntatem ⁊ sic. dicitur ab apostolo. p̄c̄ ad Corin.12. Nemo potest dicere dominus Jesus nisi in spiritu sancto ⁊c̄. Et hoc nihil aliud est q̄z credere dominum ⁊ obedire. Item communiter: ideſt ore qualitercunque nūtiare. De quo bi Dicre. Populus hic labijs me honorat. Cor autem eorum longe est a me: Uel sic. Non omnis qui dicit mihi ⁊c̄. Ingeminat verbum hic. ⌊ Domine domine ⌋. Ad significandum ꝙ duplex est confessio: scilicet vocis ⁊ laudis. Quarum neutra sufficit. Ideo Esaie.29. Populus hic labijs me honorat: cor autem eorum longe est a me. Quis ergo intrabit? Non qui dicit ⁊c̄. ⌊ Sed qui fecerit voluntatem patris mei ⁊c̄. ⌋ Joan.3. Nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo ⁊c̄. Unde nemo potest ascendere nisi descendat vt Christus. De quo dicitur. Joan.6. Descendi de celo non vt faciam voluntatem meam: sed voluntatem eius qui misit me. Unde oportet facere voluntatem dei. p̄c̄ Thes.4. Hec est enim voluntas dei, sanctificatio vestra. Unde dicebat David. p̄s̄. 142. Doce me facere voluntatem tuam. Et etiam sicut dominus docuit orare. Fiat voluntas tua. Sed notandum ꝙ per hoc quod dicit. ⌊ Regnum. ⌋ tangitur remuneratio eterna. Unde dicit. Intrabit. Illud enim regnum in bonis spiritualibus est non in bonis exterioribus. Ideo dicit. ⌊ Intrabit. ⌋ Ideo Can̄.j. Introduxit me rex in cellaria sua. Item dicit. ⌊ Celorum. ⌋ Quia ly aliquis hic diuitias habeat, vel honores. Hoc totum est propter illud. Unde in sublimibus erit remuneratio. Sed posset aliquis dicere ꝙ facere miracula sufficit ad salutem. Illud excludit: quia multi dicent mihi ⁊c̄. Et dicit. Multi: significans eos qui ab vnitate recedunt: quis sunt sub multitudine. Quia stultorum infinitus est numerus. Ecclesiastes p̄mo. Item introducit hoc ad notitiam eius quod dixerat ꝙ omnis arbor que fructum nō facit: abscidetur. Et non dixerat a quo. Ideo dixit mihi tanquam iudici constituto. Quia omne iudicium dedit pater filio. Joan.5. Item dicit. ⌊ In illa die. ⌋ Dies terminum nominat: sed non sm̄ temporis qualitatem. Quia dies iudicij aliquando nox dicitur. Aliquando aūt dies dicitur: aliquando nox. Quia incertum est quando veniet. Unde infra.25. Media nocte clamor factus est: ecce sponsus venit: exite obuiam ei. dies. dicit Apostolus p̄me ad Corin.4. Et in p̄s̄. Et educet quasi lumen iustitiam meam: ⁊ iudicium meum tanquam meridiez. p̄s̄. 36. ⌊ Domine domine. ⌋ Multiplicat ad significandum maiorem confusionem ⁊ timorem. Sapientie.5. Turbabuntur enim timore horribili. ⌊ Nonne in nomine tuo eiecimus demonia. ⌋ Hec est potestas supnaturalis. Job.41. Non n. est potestas sup terram que huic. s. potestati diabolj valeat cōparari. Sed tunc querit: q̄liter qui ejciūt demonia fūt reprobi? Ridet Chrysostomus. Qz isti mēiunt. Alia responsio est ꝙ aliquando fuerunt boni ⁊ fecerunt miracula: post facti sunt mali. Sed hoc non potest stare: Quia dicit dominus, Nunq̄ noui vos. Alio modo dicas

Heresis.

Chrysostomus.

Heretici.

Chrysostomus.

Hypocrita.

Eucher.

In qb⁹ deßbēdant simulatores seu hypocrite.

G Heresis nichei.

Circa doctrinam ⁊ mandata dei 4or sūt necessaria.

dum:q̄ dicunt in nomine tuo:nō in nomine spiritus sancti.Quidam enim in virtute spiritus sancti:quidam nō. Ut enim habetur Dicit. 2.Quidam prophetauerunt in nomine Baal. Item quidam per artes magicas. Sed queritur qualiter demones faciunt miracula? Dico q̄ non possunt:sed faciunt aliqua que videntur miracula: non tamen sunt miracula. Illa dicuntur miracula quando effectus patet:cause latent.Unde potest esse aliquod mirum:apud quosdam/minus scientes/q̄ non est apud sapientes:vt patet de eclipsi.Unde cū demones verosimili modo cognoscant naturalia:possint facere que nobis videntur miracula.Aliter fm Dicit oppy. Dicit oppy. Hieron?. Quia fm q̄ dicit.Inter dona spiritussancti quedam sunt que gratis data sunt:sola charitas est:que distinguit inter filios dei ? filios diaboli.j.Lozin.12.Unicuiq; datur manifestatio ad vtilitatem:vel ad profectum bonitatis eius vel ecclesie. Ut fides quā predicat manifestetur.Et sic etiam aliquādo prelatus male viuens potest miracula facere.¶ Et tūc confitebor illis:quia non noui vos. ¶ idest non approbaui. Nec etiaz cum faciebatis miracula.2ª ad Thimo.2. Nouit dominus qui sunt eius.Dicit non noui vos: cum dicit.¶ Discedite a me.¶ Quia nunquā approbari estis.

H ¶ Omnis ergo qui audit ?c.¶ Ostendit q̄ sine operibus nibil sufficit.Nec etiam auditus verbi dei. Qui auditus ordinatur ad fidem.ª Ro.10. Fides autem ex auditu. Auditus enim non sufficit.Et hoc dupliciter manifestat:q̄ proponit euentum eius qui audit ? facit:? eius qui audit ? non facit:sub similitudine. Et primo facit tria. Primo ponit edificationem.2º impugnationem.ibi¶ Et descendit ?c.¶ 3º inmutabilitatem.ibi.¶ Et non cecidit ?c.¶ Dicit ergo q̄ non sufficit auditus. Auditus enim est necessarius. Joan.8. Quia qui ex deo est: verba dei audit. Sed non sufficit. Joan.j. Non enim auditores verbi:sed factores glorificabuntur. Item benedicit¶ verba mea hec.¶ Quia quicquid ad salutem pertinet:ibi continetur. Unde qui audit verba hec:? facit.¶ assimilabitur viro sapienti.¶ Et non dicit q̄ sit sapiens:sed assimilabitur.Et potest hec similitudo intelligi de corporali edificatore. Et sic plana est litera:vel potest intelligi spiritualiter.Et sic iste vir est Christus.Eccle.6.Virum vnum de mille reperi.Domus christi est ecclesia.Scit enim qualiter oportet edificare.Unde de ipso.Prouer.9. Sapientia edificauit sibi domum.Et Prouer.14. Mulier sapiens edificat domum suam¶ supra Petrum.j.j.Lozinth̄.10. Petra autem erat christus.Unde christus super se edificat. Ipse enim est fundamentum.Unde p̄ma ad Lozin.3. Fundamentum aliud nemo ponere potest/preter id quod positum est: quod est christus Jesus. Hoc enim est fundamentum veritatis eterne.Hoc autem est omnino inmobile.ps.124.Qui confidunt in domino sicut mons Syon. Sequitur impugnatio huius domus.¶ Et descendit pluuia.¶ Pluuia doctrina itelligitur.Et est bona ? mala pluuia.Ergo que irruit est mala doctrina. Heri.19. Dominº pluit super Sodomam sulfur ? ignem. Item flumina sunt bona:? non bona.Esa.18.Diripuerunt flumina terram eius:? per hoc significantur sapientes qui reputant se sapientes esse. Ista flumina ex pluuia generātur:per ventos demones.Unde in canonica Jude.Nubes sine aqua:que a ventis circumferuntur ?c.¶ Et irruerunt in domum ¶ idest in ecclesiam:? non cecidit.Non enim dirumpentur funiculi eius in eternum.Esa.32.Et quare:fundata erat super Petram:idest Christum. ¶ Consequenter I ponit similitudinem ponens euentum illius qui audit ? non facit.Et circa hoc primo ponit edificationem.2º impugnationem.ibi¶ Et descendit ?c.¶ 3º ruinam.ibi¶ Et cecidit ?c.¶ Dicit¶ Et omnis qui audit ?c.¶ Similis erit viro stulto:qui cecidit a lumine sapientie. Unde Eccle.4. Melior est seruus sapiens q̄ senex infatuatus. Item stultus est diabolus.Domus quam edificat:est congregatio infidelium. Unde.ps.73. Replete sunt terre domibus iniquitatum.Et iste¶ super arenam ¶ Per arenam infideles:qui infructuosi sunt. Item propter inmercositatem: stultorum enim infinitus est numerus.Eccl.p. Item arena non adheret:sic isti semper iniurgio sunt. Fundat ergo super arenam:idest finem qui est quasi fundamentū: scilicet intentionem suam:firmat super bonum temporale.¶ Descēdit pluuia ¶ idest bona doctrina.¶ Uenerunt flumina ¶ idest sacri doctores.¶ Flauerunt venti ¶ idest angeli.ps.103. Qui facit angelos suos spiritus. ¶ Et irruerunt in domum illam:? cecidit.¶ Apoc.14.Cecidit cecidit Babylon: scilicet per predicationem. ¶ Et fuit magna eius ruina.¶ Si velimus adaptare similitudinem.Dicendus est sic.q̄ homo debet edificare sicut christus.Et hoc docet apostolus. p̄ Lozin.3. Unusquisq; videat quomodo superedificet. Aliquis enim edificat habitaculum dei. Quidam econtrario:vt infra. Et vt habetur p̄ Lozin.3. Quidam super stipulam edificant.Fundamentum enim est illud super quod ponit aliquis intentionem suā.Quidam enim audiunt vt sciant:? bi edificant super intellectum.Et hec est edificatio super arenam.Unde Jaco.1. Qui audit:? non facit:similis est consideranti vultus nativitatis sue in speculo.Unde super mutabile edificant. Quidam autem audit vt faciat:? diligat:? hic edificat super Petram.Quia super firmum ? stabile.Prouer.22. Adolescens iuxta viam suam:? cum senuerit non recedet ab illa.Istud enim fundamentum est super charitatem. Apostolus.ª Ro.8. Quis nos separabit a charitate christi:Sed hic potest queri:quare fundamentum quod est in intellectu:instabile ? non firmum est:Sed quod in affectu:ª Ratio est:quia intellectus est vniuersalium. Non enim potest scire multa nisi in vniuersali. Ideo vagando circa vniuersale non est stabilitas. Sed operationes ? affectus sunt circa particularia:? circa consuetudinem bonam. Ideo si tentatio veniat adheret ei quod consuetum:scilicet operationi bone:ideo resistit. Sed tunc queritur quid intelligat per pluuiam. Ideo dicendus q̄ diabolus nunquam tentat primo in maioribus: sed primo in minoribº. Deinde procedit ad maiora. Unde per pluuiam cogitatio prava.Tentat ergo in cogitatione prava: ? si consentit:tentat postea in maiori. Et sic postea augmentatur.Et ex istis fiunt flumina.Et post totis viribus irruit ? necessario cadit.Eccles.19. Qui spernit modica paulatim decidit.Uel sic.¶ Pluuia ¶ tentatio carnis.¶ Flumina ¶ tentatio mūdi.¶ Uenti ¶ Tentatio diaboli. Uel ꝑ Augustinum.¶ Pluuia superstitiosa doctrina:cui inhereāt grauissime cadit:? hec facta est ruina magna.sed nō magna quando timebat:? non cadit.Quia cum accidit tentatio:timet ? dolet.Quidam ?o totaliter.ps.36.Extinamte exinanite vsq; ad fundamentum in ea:vel dicitur ruina magna quia impenitens est cor.Job.21.capi.Ducunt in bonis dies suos:? in puncto ad inferna descendūt. ¶ Et K factum est cum consummasset Jesus verba hec:mirabantur turbe ¶ ponitur effectus.Erat enim triplex modus hominem qui sequebantur dominum Jesum. Quidam enim mirabant ? scandalizabant:vt pharisei.De gbº infra.15. Quidam mirabantur:sed non scandalizabantur:vt turbe.Quidam ?o vt perfecti:non mirabantur. Sed querendum de hoc quod dicit¶ Turbe.¶ Quia nō erant ibi turbe.Et potest dici quod factus est sermo ? turbe:? discipulis:sed in monte:sub cacumine montis erat quedā

Lucilio. Lucilio. Lucilio. Augustinus. Lucilio.

planities. Discipuli ergo erant in cacumine cum christo: sed turbe in planitie. Uel potest dici q primo discipulis t post turbis. Uel potest dici secute sunt eus turbe discipulorum. Sed que erat ratio admirationis: ⁊ Quia erat docens tanq̃ potestatez habens ⁊. Unde in eo implet̃ quod dicit̃ Ecc̃.8 Sermo illi⁹ potestate plenus est. Unde quasi potestatem habens/quia vt dominus loquebatur: vel sicut legislator: vel sicut potestatem habens/cuius virtute penetrandi coz. Unde dicitur ps.68. Dabit voci sue vocem virtutis. Uel cum potestate faciendi miracula. Quia quod dicebat/miraculis confirmabat. Augustinus dicit. Quod omnia que dicuntur in hoc sermone debent reduci ad.7.dona: t ad beatitudines: quia quod primo dicitur. Non occides. Hoc pertinet ad donum timoris: t ad beatitudinem paupertatis. Illud autez quod sequitur. esto consentiens aduersario: pertinet ad donum pietatis/per quod implet̃ mansuetudo. Illud autē nō mechaberis ⁊c̃. Pertinet ad donum scientie: per quam implet̃ beatitudo Luctus. Illud de sustinendo: ad donum fortitudinis: quo implet̃ t ad beatitudinez. Beati qui esuriunt t sitiunt iusticiam ⁊c̃. Illud autez quod dicitur. Diligite inimicos ⁊c̃. Ad donum consilij quo iplet̃ beatitudo misericordie. Illud ℞o quod sequitur. In 6.capi. De non habendo solicitudinem vsq; ad intrate p angustam portam. Intendit mundare coz. Unde pertinet ad donum intelligentie: t ad beatitudinē que est mūdicia cordis: vnde. Beati mundo corde. Quoniā ipsi ⁊c̃. Quicquid autem sequitur ad donum sapientie.

Augustinus.

¶ Capitulum. VIII.

Um autez descendisset Jesus de monte secute sunt eum turbe multe. Et ecce leprosus veniens adorabat eum dicens. Domine si vis potes me mundare. Et extẽdens Jesus manum: tetigit eum dicens. Volo. mũdare. Et confestim mundata est lepra eius. Et ait illi Jesus. Vide nemini dixeris: sed vade ostende te sacerdoti t offer munus tuum quod precepit Moyses in testimonium illis.

A

Posset videri q ex iactantia loqueretur dominus: ideo auctoritatem suam signis cõmendat. Primo ergo ponuntur signa: quib⁹ liberantur homines: a corporalibus periculis. z° a spiritualibus: cap̃.9. Circa p̃mū duo facit. Primo ponit signa ex quibus homines liberantur a periculis pcmientibus ex intrinsecis causis. z° ex extrinsecis: vt tempestate. ibi. Et ascendente ⁊c̃. Cõmendatur autez quia statim: quia absens: quia perfecte/quia multos: quia statim in leproso: quia absens: in seruo Centurionis: quia perfecte: in socru Petri. Quia multos in alios multis. Circa p̃mum tria. Primo testes miraculi introducuntur. z° infirmus inducitur. ibi. Et ecce. 3°/auxilium prebet̃. ibi. Et extendens ⁊c̃. Dicit ergo. Cum autem descendisset Jesus de monte ⁊c̃. Mons iste est celum. ps.67. Mons in quo beneplacitum est deo habitare in eo. Unde postq̃ descendit de celo. secute sunt eũ turbe. Phil.2. Exinaniuit semetipsum formã serui accipiens t habitu inuentus vt homo ⁊c̃. Uel pro montem altitudo doctrine. ps.35. Justitia tua sicut montes dei ⁊c̃. Cum esset in montem. i. cũ altam duxit vitam secuti sũt eum discipuli sui. Et cum descendisset secute sunt eum turbe. p̃ Ad coz.3. Non potui vobis loqui quasi spũalibus. z°/persona infirmi introducitur. Et ponũtur duo. Primo infirmitas ostenditur. z°/solicitudo adhibetur. Infirmitas quia est leprosus. Et hoc significat spirituales infirmitates. Quedam enim infirmitates sunt intra latentes: vt febres. Quedam ℞o t si sint ab intra/cius tamen effectus p3 exterius/vt lepra. Ille ergo leprosus est cuius mala volũtas manifestat̃ per malum actum. Esa. 53. Et nos putauimus eum quasi leprosũ. Sed questio est: quia in Lucã habetur/q cum veniret Capharnaum mundauit leprosum. Dicendum q Matheus sequitur historiam: quia cum iret in Capharnaum: in via apparuit ei leprosus. Sequitur solicitudo: quia primo venit. z°/adorauit. Unde dicit. Ecce leprosus. Sic peccator p fidem venit/sed adorat per humilitatez. ps.33. Humiles spiritu saluabit deus. Item confitetur christi potentiaz/cum dicit. Domine si vis: potes me mundare. Itez vocat dominũ: si dominus est: potest saluare: in ps.99. Scitote quoniam dominus ipse est deus. Item confidit de dei misericordia: misericordem non oportet petere: sed solum indigentiaz ei monstrare: sic iste. Domine ⁊c̃. Unde. ps.37. Domine ante te omne desiderium meum: t gemitus meus a te non est absconditus. Item ostendit sapientiam christi: quia non petit nisi voluntatem suaz: quia melius scit quid opus sit tibi q̃ ipse. Ideo sapientie christi dimisit. ¶ Deinde tangit auxilium. Primo sanat. z° instruit. Primo tangitur opus. z° effectus. ibi. Et confestim ⁊c̃. Christus tria facit curando. Extendit manum quando auxiliuz impendit. ps.143. Emitte manum tuã de alto t eripe me. Aliquando extendit manum: sed non tangit. Esa.65. Expandi manus meas tota die ad populum incredulum ⁊c̃. Aliquando tangit. Et hoc est quãdo mutat: vt in ps.143. Tange montes t fumigabũt. Tange montes. i. superbos: t fumigabũt per compunctionẽ: sed quare tetigit cum esset prohibitus in lege: Hoc fecit vt monstraret se esse supra legem: legitur de Helyseo q non tetigit Naaman: sed misit eum ad iordanem. Unde iste qui tetigit videtur soluere legem. Sed fm veritatez non soluit: quia prohibitum fuit propter contagionem: quia igitur infici non potuit tangere potuit. Item tetigit vt humanitatem monstraret: quia non sufficit peccatori subdi deo quãtum ad diuinitatem: sed t quantum ad humanitatem. ⁊ Volo mundare. ⁊ Hieron. dicit: q quidã male exponunt. Uolunt enim q ly mundare sit infiniti modi: sed hoc non est verum: imo quia dixerat: si vis. Respondit volo. Et ly mundare est iperatiui modi. Unde impauit qui dixit t facta sunt. Itez tetigit vt daret doctrinam de virtute que est in sacramentis: quia non solũ requiritur tactus sed verba: quia cum accedit verbuz ad elementum fit sacramentum: t per hoc excluſit tres errores quando tetigit. Ostendit enim corpus verum contra Manicheos. Quia dicit volo: dicit contra apollinarem. per hoc quod est mundare ostendit deum verum cõtra Fotinum. Et sequitur effectus. ⁊ Et confestim mundata est lepra eius ⁊ curatus est. Chrysostomus dicit. Et cur⁹ q̃ posset dici hoc verbum: mundare: quia istud in tempore dicitur illud ℞o in instanti. ⁊ Et ait illi. ⁊ Hic instruit cuz. Parum enim esset sanare nisi instrueret eum. ps.31. Intellectum tibi dabo t instruam te. Primo inungit ei turpitudinem. ⁊ Nemini dixeris. ⁊ Chrysostomus. Quia sciebat q Judei calumniabant̃ de factis suis: ideo dixit. Nemini dixeris: vel aliter. Quia hoc dixit ad exemplum: quia ceni supra docuerat abscondere opera bona: ideo dat exẽplum: q nullus in bonis operibus gloriari debet. Sequitur. ⁊ sed vade ostende te sacerdotib⁹. ⁊ Et quare hoc dicit: Quia tetigerat leprosuz: ne pen⁹ videret fractor legũ. Ad sacerdotes misit vt bĩ Leuiti.14. ⁊ Et offer munus

Lucas.

Lucas.

B

Hieronym⁹.

Excluduntur tres errores.

Chrysost.

Chrysost.

nam ⁊c.] Quare? Quia hoc erat preceptū legis: q̄ sanatus a lepra offerret duos pullos turturum. Sed ſm hoc videtur q̄ cum dominus preceperit adhuc sit tenendum: Dicendū q̄ figure non debebant cessare donec penitus veritas manifestaret: Hoc autem non fuit nisi post resurrectionem. [In testimonium illis:] Et hoc exponitur dupliciter. Quia Moyses precepit in testimoniū illis. Et per hoc docet q̄ precepta moysi erant in testimoniū ꝯrī: sicut habetur Jo. 5. Si crederetis Moysi: crederetis forsitan ⁊ mihi: Uel aliter. In testimoniū illis. i. contra illos: qui viderūt miracula: ⁊ non crediderunt. Uel: in testimoniū illis. [Curationis tue: Quia cum receperint oblationē tuam non poterunt negare: Item ſm misticū intellectum tria a chro iniūguntur: Ut erubescat de peccato: contra illos de quibus dr̄. Esa. 3. Peccatuz suū quasi Sodoma predicauerunt: nec absconderūt. Unde Eccl. 4. Est confusio adducens peccatuz ⁊c. Item os ostendere sacerdoti confitendo: Ja. 5. Confitemini alterutrū peccata vestra. Et hic videtur dominus iniungere confessionem: Et cōfestim sanatus est. Quia in ipsa cōtritione qui vult: ⁊ proponit confiteri ⁊ abstinere: remittitur peccatum. Juxta illud ps. 31. Dixi cōfitebor aduersum me in iustitiam meam: ⁊ tu remisisti iniquitatem peccati mei. Item iniungit satisfactio. Cum dicit. Offert munus tuū: Item docet obseruare mandata. Cū dicit. [Sicut precepit Moyses.]

Euthio.

¶ Cum autez introisset capharnaum: accessit ad eum centurio rogans euz ⁊ dicens: domine puer meꝰ iacet in domo paralyticus: ⁊ male torquetur. Et ait illi ihs Ego veniam ⁊ curabo euz. Et respondens Centurio ait. Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum: sed tm̄ dic verbo ⁊ sanabitur puer meus. Nā ⁊ ego homo sum sub potestate constitutus habens sub me milites: ⁊ dico huic vade ⁊ vadit: ⁊ alio veni ⁊ venit: ⁊ seruo meo fac hoc ⁊ facit. Audiēs autem Jesus miratus est: ⁊ sequentibus se dixit: Amen dico vobis: non inueni tantam fidem in israel. Dico aūt vobis q̄ multi ab oriente ⁊ occidente venient ⁊ recūbent cum Abraam ⁊ Isaac ⁊ Jacob in regno celoꝝ: filij aūt regni eycient in tenebras exteriores. Ibi erit fletus ⁊ stridor dentiū. Dixit Jesus Centurioni: vade: ⁊ sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer ex illa hora.

C

¶ Cum autem introisset capharnaum. Hic ostenditur virtus christi Ex absentia. Et primo designatur pietas Centurionis cū fide. Secundo humilitas. ibi [Et respondens ⁊c.] Circa primum duo. Quia designatur p̄mo pietas Centurionis. Secundo ostenditur christi benignitas. Et circa p̄mum tria. Primo locus ponitur. 2° oratio describitur. ibi [Domine puer ⁊c.] 3° exaudītio ponitur. ibi [Et ait illi ⁊c.] Locus primo. Cum introisset capharnaum: qui interpretatur villa pinguedinis: scilz villa gentium: que pinguedine deuotionis defluxit. ps. 62. Sicut adipe ⁊ pinguedine repleat ala mea. Deinde [accessit]. Sed hic potest queri: q̄ Lucas posuit q̄ misit sacerdotes. Augu. dicit q̄ nō p̄sonaliter uenit: sed q̄d dr̄ q̄ venit: bonum referr̄ ad intentionez: q̄ ille facit rem cuius auctoritate fit. Chrysosto. Aliter: q̄ dicit q̄ iste cōstitutus erat sup centum milites: ⁊ ideo erat prepositus. Unde iudei volentes adulari ꝓpter benuolentiā habendā: dixerūt ei. Domine nos ibimus ⁊ ipetrabimus vobis: nunc vt satisfaceret eis: permisit eos abire: ꝛ post ipse secutus est eos. Istud miraculum differt a p̄mo in tribus: q̄ p̄mum iudeo fuit factum: 2° Gentili: per q̄d datur intelligi: q̄ nō solum pro iudeis sed pro gentibus chs venit. Item in p̄ iudeus p se accessit: iste non. Et hoc q̄ misereatur dns alioꝝ per ꝓpriam deuotionē: quoruūdā per aliorū intercessionem. Item iste Centurio potest intelligi aliqs angelus presidens sibi ad salutem gentiū: vel primitie gentium. Item ille fuit leprosus in quo immunditia quiescit. Paralytici aūt qui nō possunt mēbra mouere leprosi sunt interpretati: q̄ Paralytici sūt incōtinētes. Et sunt paralytici qui ex infirmitate peccant. Leprosi qui ex certa malitia. Per Centurionē potest intelligi mens. Ad ephes. 4. Renouamini spū mentis vestre. Et iste dicit. [Domine puer meus] i. seruus meus. Et in hoc ostenditur benignitas Centurionis: q̄ ita p seruo orat. Unde facit illud qd̄ dr̄ in Eccl. 33. Si fuerit tibi seruꝰ fidelis: sit tibi sicut anima tua. Et iste seruus dr̄ inferior pars anime. Dicit ergo q̄ [iacet ⁊ male torquet]. [⁊ loquitur ex affectu: q̄ quādo aliquis diligit aliquem reputat parum egritudinez valde magnā. Jacet ergo inferior pars anime: quādo nō potest se erigere. Hala. 5. Caro concupiscit aduersus spūm. Et torquetur. Homines lasciui gaudent. Letantur cū cum malefecerint: ⁊ exultant in rebꝰ pessimis: sed isti torquentur: q̄ cum peccent ex infirmitate: cum ceciderint dolēt. Et ita torquentur: ex dolore. ¶ Et ait illi Jesus Ego veniam ⁊c.] i. Non loquar. Unde nota q̄ nullus auderet tantum petere q̄ntum dominus dare dicit. [Ueniam ⁊ curabo eum.] Quia presentia christi est causa salutis. Sed notandū q̄ ad filium reguli noluit ire: ⁊ ad seruū iuit: q̄d esset contra multos q̄ nolunt visitare nisi magnos. Contra illud Eccl. 4. Congregationi pauperum affabilem te facito. Sequitur. ¶ Et respondens Centurio.] Posita fuit cum fide benignitas Centurionis. Nunc tangit̄ humilitas cuz fide. Primo ergo ponitur humilitas ⁊ fides. 2° benignitas Christi. ibi [Audiens autem ⁊c.] Circa primum tria facit. Primo confitetur suaz idignitatem. ibi. [Sed tantum ⁊c.] 2° christi potestatez. Deinde inducit similitudinem. ibi [Nam ⁊ ego ⁊c.] Obtulerat se dominus benignum. Sed quia iste gentilis erat reputauit se indignum dicēs. [Dne non sum dignus ⁊c.] Sic et Petrus dixit. Luc. 5. Recede a me q̄ homo peccator sum. Et dicit Augu. Qz ꝓfitendo se indignū reddidit se dignū. Et sicut iste dicit. sic ⁊ nos debemus dicere. Non sum dignus vt intres in corpus meū. Deinde tangit̄ fides Centurionis ꝓfitentis potestatem christi. Quia [dic tm̄ verbo: ⁊ sanabit̄ puer meus.] vt habet Sapientie. 16. Non herba non malagma sanauit eos: sed sermo tuus domine: ⁊ in ps. 106. Misit verbum suum ⁊ sanauit eos. Deinde inducit similitudinem: ⁊ probat a minori. Et describit ordinem primo. 2° potestatem: ⁊ dicit. [Nam ⁊ ego homo sum sub potestate constitutus ⁊c.] Et tanguntur ordo: quia quidam sunt superiores / ita q̄ non habent superiorem se. Quidam sunt superiores ita q̄ habent superiorez se: quidam ꝛo inferiores qui non habent inferiores se: quidam ergo sūt medij: ⁊ de istis erat iste: q̄ erat sub tribuno: sed habebat sub se milites. Habebat n. sub se quosdā quoꝝ erat gubernator. Et isti erant milites. Unde dicit. [Et dico vni vade / ⁊ vadit. Et alio veni ⁊c.] In quo cōmendantur nobis obedientia. Ad Heb. 13. Obedite ꝓpositis vestris ⁊ subiacete eis ⁊c. Item alios habebat ser-

Chrysosto.

D

Augustinus.

Euthio.

Augustinus.

qui seminauit bonuz semen in agro suo. Cũ autem dormirent homines: venit inimicus eius ⁊ superseminauit zizania in medio tritici: ⁊ abijt. Cum autẽ creuisset herba ⁊ fructũ fecisset: tunc apparuerunt ⁊ zizania. Accedentes autez serui patrisfamilias: dixerũt ei. Domine: nonne bonum semen seminasti in agro tuo. Uñ ergo habet zizania? Et ait illis. Inimicus homo hoc fecit. Serui autẽ dixerunt ei. Uis imus ⁊ colligimus ea? Et ait. Nõ. Ne forte colligẽtes zizania eradicetis simul ⁊ triticum. Sinite vtraq; crescere vsq; ad messem ⁊ in tempore messis dicam messoribus. Colligite primo zizania: ⁊ alligate ea in fasciculos ad comburendum: triticum aũt cõgregate in horreum meum.

I ¶ Supra posuit parabolam in qua ostendebatur impedimentum euangelice doctrine ab extrinseco. Hic ponitur alia parabola in qua ponitur impedimentũ de audienda doctrina quod est ab intrinseco. ga in hac ad nos trahuntur ea de quibus ingenia solent solicitari. Primo ergo docet de origine boni ⁊ mali. scõo de processu. tertio de fine. ⁊c. ibi [Cum autem creuisset ⁊c.] ⁊ in ibi [Et in tempore messis ⁊c.] Circa primum notantur duo. primo de origine boni. secũdo mali. ibi [Cum autez dormirent ⁊c.] Dicit ergo [Aliam parabolam ⁊c.] Et quib⁹ eius Dico non Apostolis tm: sed etiam turbis. Unde cum primam in naui exposuisset Apostolis: conuertit se ad turbas. Aliam non alteram: ga non solum ꝓposuit duas parabolas sed plures. Alterum ñ o unum de duobus dicitur. Plures autem posuit: vt pluribus dispositionib⁹ subueniret. Quidam enim afficiuntur in uno: quidã in alio.

¶ Simile factum est ⁊c.] In regno continetur rex ⁊ hi qui reguntur. Et isti sunt homines celestes qui facti sunt equales angelis. ꝑs. 90. Angelis suis mãdauit de te vt custodiant te in omnibus vijs tuis ⁊c. [Domini qui seminauit bonum semen] Tres parabole ponuntur ꝓsequẽter de semine. ꝑma de semine seminato. secũda de semine inspirato. tertia de semine multiplicato. Scõm intentionem literę: aliter q̃ supra accipitur semen. seminatur enim semen qõ seminatur in homine: ⁊ hoc est verbũ dei sicut habetur Luc. 18. Dic autez accipitur ipse homo in quo seminatur. Et hoc patet. quia ifra dicit q̃ semẽ istõrum sunt filij regni. unde non est alia facienda exꝑpositio quã dominus fecit. Et dicitur semen: quia sicut semen est ꝑncipium propagationis sic homines boni fundamentum totius fidei. vñ ex Apostolis tota ecclesia pullulauit. vñ Esa. j. Nisi dominus reliquisset nobis semẽ quasi sodoma fuissemus. Et istud fuit bonum semen de quo Esa. 6. Semen sanctum erit id quod steterit in ea. Istud seminauit Christus. Et vbi: [In agro suo] i. in mũdo. Mundus enim dicitur ager in quo sunt boni ac mali: quez dominus per creationem edidit. unde Joan. ꝑmo. Mundus per ipz factus est. Et in ꝑs. 49. Plenitudo agri mea cum est [Cum autem dormirent ⁊c.] Habito de origine boni: hic agit de origine mali. Et primo ponitur occasio malitie illate. secũdo ordo. Et primo ponitur occasio duplex. Una est ex parte custodum. ⁊c⁹ ex parte seminãtis. Ex parte custodum dicit [Cum autem dormirent homines ⁊c.] i. deest ꝓpositi humani generis: qui positi sunt ad custodiendum [dormirent] sez per dormitionez mortis. Sancti. scilz Apostoli qui nouerunt q̃ heretici in ecclesia miscuerunt se tritico. unde Paulus. Scio quod post decessum meum. Deinde ponitur alia occasio. unde dicit [Uenit inimicus ⁊c.] i. deest diabolus. ꝑs. 73. Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper. eorum qui te oderunt. i. deest demonum. Nec autem inimicitia est ꝑm peruersitatem voluntatis. Sed est questio. Est ne hoc verũ q̃ aliqua res odiat deum. Dicẽdum q̃ amor non est nisi rei cognite. Dupliciter autem potest cognosci deus: in se vel in suis effectibus. In se impossibile est quin ametur. Quicquid enim amatur: amatur sub specie boni. Cum ḡ sit prima bonitas: odiri non potest. Sed in effectib⁹ suis non est impossibile. Demones enim inquantum sunt: eũ amant a quo sunt. Sed aliqui effectus displicent eis: q̃. scilz contra voluntatem suam puniantur: q̃ non ad voluntatez suam puniant homines ⁊ similia. ¶ Sequitur de ordine. [Et superseminauit ziçania.] Singula verba habent magnam significationez. Uideamus ergo quid est qõ seminatur: ⁊ qualis est ordo. Qõ seminatur est ziçania que similis est tritico ⁊ noxius vocatur. Quid significatur per ziçaniam: filij neq; ⁊ omnes qui iniquitatez diligunt: specialiter heretici. tria sunt genera malorum: praui catholici / scismatici / et heretici. Mali catholici per palcas significantur, de quibus supra 3. cap. Palcas cõburit ignis. Scismatici per aristas. Heretici per ziçaniã. Seminantur ergo in agro. i. deest in hoc mũdo. Itez ziçania habet similitudinem cum tritico: sic isti pretendunt speciem boni. vt habetur ꝑ ad Thimo. ꝑmo. Uolentes esse legis doctores: ⁊ non intelligentes neq; que loquuntur neq; de quibus affirmant. Et nota qõ dicitur supra seminauit: ⁊ hic non / quia prius fuerunt catholici q̃ heretici. Diabolus enim videns ecclesiam dilatari / inuidit ⁊ seminauit corruptiuum ⁊ mouit corda hereticorum vt magis noceret. unde ex nobis erant ꝑm quod habetur ꝑmo canonica Joannis. cap. 2. Sed ex nobis non erant: quia si ex nobis fuissent: permansissent vtiq; nobiscum. Itez dicit in medio tritici. Non erat diabolus q̃ aliqui sint heretici inter gẽtiles: quia omnes possidet: sed in medio tritici ⁊ fidelis populi. Et hoc est quod dicit Tobie. 4. Et in angelis suis reperit prauitatez. Et Augusti. dicit. q̃ nulla societas est ita bona quin aliquis sit prauus. Uñ in societate Apostolorum vnus fuit malus. scilz Judas. Item dicit [Et abijt.] Ubi signatur malitia demonis. [Abijt] i. deest occultum se reddidit. Quando enim instigat. non semper cooperatur. Si enim ad votum oia succederent: de facili posset discerni. Ideo aliquando malitie sue cedit. ꝑs. 9. Insidiat in abscõdito quasi leo in spelunca sua ⁊c. Consequenter agitur de ꝓcessu boni ⁊ mali. [Cum autez creuisset herba] Et vt intelligatis / tria cõsiderantur. ꝑmo ponitur manifestatio bonorum a malis. secũdo ꝙtus bonorum contra malos. tertio tolerãtia. Dicit ergo [Cum creuisset herba: ⁊ fructum fecisset: tunc apparuerunt ⁊ ziçania ⁊c.] A principio enim: quando seminatur: non apparet: sed cum crescit herba. Et hoc põt adꝓtrũq; referri ⁊ ad triticum ⁊ ad ziçaniam. Augu. exponit de tritico: quia cum homo paruus est: non potest discernere. Sed quando crescit / ⁊ facit fructum: ⁊ fit spiritualis: tunc cognoscit. ꝑme ad Corinth. 2. Spiritualis discernit omnia. Chrys. exponit de ziçania: quia primo nõ appareat: quia heretici primo abscondunt scientiam: ga primo aliqua bona dicunt ⁊ predicant laicis: ⁊ post inserunt aliq̃ mala de clericis que libenter audiũt: ⁊ sic auertunt populum a dilectione clericorum: ⁊ sic per ꝓsequẽs ecclesie. Sed post cum suscipiunt doctrinaz manifestãt maliciam. Primo enim non dicunt nisi lenia: sed post se manifestant

Cyrillo.

Augustinus.

Augustinus.

Chrysostomo.

manifestant ⁊ doctrinam suam que intelligitur per vinum, de quo vino dicitur. Prouerb. 23. Ingreditur blandi: retro autem mordebit vt coluber ⁊c. ¶ Accedentes autē serui patri familias ⁊c.] Hic ponitur de zelo bonorum contra malos. Et primo inquirunt de origine mali. 2° mouentur zelo ad extirpationem malorum. ibi [Serui autem ⁊c.] dicit [Accedentes autem ⁊c.] Primo videndum qui sint isti serui. Infra dicit de messoribus. Sz isti non serui sed angeli. Isti sunt homines boni. Et hoc non est inconueniens: cum dns dicat ⁊ ostium ⁊ ostiarij. Accedentes autem serui per fidem. ps. 33. Accedite ad eum ⁊ illuminamini [dixerunt. domine nōne bonum semē seminasti in agro tuo ⁊c.] Nōne Apostoli bonam doctrinam seminauerunt: ita vtiq; Vidit dns cuncta que fecerat: ⁊ erant valde bona. Heri. j. [Unde ergo ⁊c.] Questio similis habetur. Isaie. 2. Ego plantani vineam electā: quo mō querla es mihi in pranum vinea aliena. Respōdet dns [⁊ ait illis. Inimicus homo hoc fecit.] Et notate qō hoc non ex prima origine: sed de hoc qō in hominib⁹ est a diabolo. Sapiētie 2°. Invidia diaboli intrauit mors in orbem terrarum. Dō dicitur diabolus per defectum a deitate. ps. 9. Exurge dne non prevaleat homo ⁊c. Dic homo dicitur inimicus propter consumatam malitiam. K Heri. 3. Inimicitias ponam inter te ⁊ ipm. ¶ Serui autem dixerunt.] Dic dicitur qz serui mouētur zelo ad extirpationem malorum. [Uis imus ⁊ colligimus ea] Joicuntur hic de ipsis duo laudabilia: quia mouētur ad destruendum malum. p⁹ ad Corinth. 5. Auferte malum ex vobismetipsis. Itez aliud laudabile: quia hoc facere nolunt proprio motu sz iussu domini. Unde Thobi. 4. Omni tempore benedic deum: ⁊ omnia cōsilia tua in ipso permaneant [Et ait illis] Nota hoc est terrium. sez de sustinentia malorum. de hoc Eccl. 8. Et enim quia cito non profertur contra malos sententia: filij hominum absq; timore perpetrant mala. Et primo ostendit propositum. scdo rationem assignat. tertio ponit terminum sustinentie: qa semper non sustinebit. Dicit ergo. [Non] deest non volo qz colligatis adhuc. 2⁹ Pe. vltio. Nō tardat dominus promissionem suam. sed patienter expectat [Ne forte] Dic ponit rationem. Et prima fronte notare debetis qz bonum est magnum ⁊ victoriosum supra malum: quia bonum potest esse sine malo. malum autez non sine bono: ideo sustinet dominus multa mala vt veniant vel etiaz ne pereant multa bona. Ideo dicit. [Ne forte colligētes ziçaniā] deest malos vel hereticos ⁊c. [eradicetis simul ⁊ triticum] Quatuor de causis contingit quare mali non debeant eradicari propter bonos. Una causa est qa per malos exercitantur boni. p⁹ Corinth. 11. Oportet hereses esse: vt qui probati sunt. manifesti fiant in vobis. Prouer. 11. Qui stultus est seruiet sapienti. Si non fuissent hereticus non claruisset scientia sanctorum: Augustini ⁊ aliorum. Unde q vellet malos eradicare: eradicaret ⁊ multa bona. Item contingit qz qui modo malus est postea bonus fit: vt Paulus. Unde si occisus fuisset Paulus careremus doctrina tanti magistri. qō absit. Ideo si vis eradicare / eradicabis simul ⁊ triticum. Leum qui erit triticum. ps. 47. Dixit dns ex bassan conuertam ⁊c. Tertia ratio: qa aliqui vident mali ⁊ non sunt: ideo si velles euellere malos: tam multos bonos extirparet. Et hoc apparet qa nolunt deus qō colligerentur: donec ad perfectam maturitatem perueniremus. vnde prime ad Corinth. 4. Nolite ante tempus iudicare. Quarta ratio est / qa aliquis quādoq; est magne potestatis: ideo si excludatur trahit multos secum: ⁊ sic cum illo malo multi pereunt. Ideo congregatio nō ex cōmunicaturnec princeps populi ne cū. vno multi cadant: de tali intelligitur qō dicitur in Apocalypsi. 12. Draco traxit tertiam partem stellarum secum ⁊c. Et Gene. 18. Absit a te vt banc rem faciasz ⁊ occidas iustum cum impio. Sed nunqd semper parcetur eis: Non. sed vsq; ad tempus. vñ dicit. ¶ Sinite vtraq; crescere vsq; ad messez ⁊c.] Similis sententia habetur Apoc. vltio. Qui nocet / noceat adhuc. ⁊ qui in sordibus est / sordescat adhuc. [Sinite ⁊c.] Contra istam sententiaz obijcitur. qa dicitur Ysaie primo. Auferte malum cogitationum vestrarum ⁊c. Item. j. Corinth. 5. Expurgate vetus fermentū vt sitis noua cōspersio sicut estis azimi ⁊c. Quid ergo dicit sinite ⁊c. Chrysosto. dicit. qp loquitur de occasione. Unde heretici nō sunt occidendi: qa ide multa mala sequerentur. Augu. in epistola quadam dicit. qp fuit sibi vilum aliquando qō non debeant occidi: sz post experimento didicit qō multi conuertuntur per violentiam. Dominus enim quosdam violēter trahit: sicut traxit Paulum. Unde iste coacte conuersus plus profecit ꝙ omnes alij qui voluntarie crediderunt. Et hanc opinionem tractauit Augu. Unde ꝑm sententiam Chrysostomi non posset fine periculo: non debet fieri: sed vbi maius periculum timetur. Et hoc patet inducendo in omnib⁹: qa ⁊ si mali sunt, prosunt ad exercitationez. Quia tamē magis timendus est ne euangelica doctrina per eos in alios pereat. ideo ⁊c. Itez aliqui qui modo sunt mali. fiūt postea boni. Uerū est qp statim non debent occidi: sed sicut habetur ad Titum. 3. Hereticum post primam ⁊ secundaz monitionez deuita. Ad aliud qō tertio opponitur: qa sez multi videntur mali qui sunt boni. Uerum est si fieret indiscrete sicut habetur p⁹ ad Thim. 4°. Item qō dictum est qz princeps populi excōmunicari nō debet: si videas qō malus sit scandalum si excōmunicetur ꝙ in eo quod derelinquit non debet excōmunicari: sed si aliquid egisset qō esset ad periculum fidei: sine dubio excōmunicari debet: quodcūq; inde accidat dānum. ¶ Et in tempore messis dicaz messoribus ⁊c.] Supra dominus exposuit parabolice originem boni ⁊ mali: ⁊ processum vtriusq;: hic agitur de similitudine vtriusq;. Et primo ponit tempus finis. 2° ponuntur ministri. 3° modus ⁊ ordo quorū vnūquodq; ordinatur ad finem. Tempus tangitur. cuz dicitur. In tempore messis ⁊c. Tempus messis est tempus collectionis fructus qui expectatur ex seminib⁹. Duplex est autem collectio. vna in ecclesia presenti: alia in celesti. Et ideo duplex est messis: quedaz congregatiōis fructuum in presenti. De hac Jo. 4°. Leuate oculos vestros ⁊ videte regiones: quoniam albe sunt iam ad messem. Item tēpus messis in triūphanti ecclesia. vnde infra eodem dicitur qp messis est consūmatio seculi. ergo vsq; ad illud tempus differtur. Qui sint ministri messores? [Unde dicam messoribus] Messores pme messis fuerunt Apostoli. Ipsi enim collegerunt ⁊ conuerterunt totum mūdum. de quibus Jo. 4. Missi vos metere quod non seminastis. In secūda messe / messores erunt angeli. Apoc. 14. dictum est eisdem angelo. Mitte falcem tuā ⁊ mete: qa venit hora vt metatur quoniam aruit messis terre ⁊c. Que enim mediante deo fiunt: credendum qō fiant ministerio angelorum. Unde dicitur de angelis. ps 102. Ministri eius qui facitis voluntatem eius. Sed videamus ordinem ⁊ quo mō assequantur finem ⁊ quem finem. Et pmo de malis. scdo de bonis. De malis sciēdū qp primo colligantur. 2° alligantur. 3° comburuntur. In pmo est separatio malorum a bonis. Medio durat tēpus istud / mali cum bonis sunt. ziçania cum tritico. Lilium inter spinas: vt habet in Cantica 2°. infra. Matth. 25. Cū venerit filius hois: separabit bonos a malis / hedos ab agnis.

Quamo: de causis mali si fūt eradicādi pp bonos.

Unde dicit. ¶ Colligite ꝓmum ẓizania ⁊c. ¶ Modo ꝗ̄ſi indiſcrete accidunt bona ⁊ mala/bonis ⁊ malis. Et hoc eſt qđ dicitur Eccl.9. De hoc peſſimum eſt inter ola que ſub celo fiunt/ga eadem cunctis eueniunt: ſed tunc bona reddūtur bonis/⁊ mala malis. Ne ergo inuoluant: opꝛ qđ ſeparentur ⁊ alligentur. Unde ⁊ alligate ea. ¶ In alligatione perpetuitas pene ſignatur. ꝑo.149. Ad alligandos reges eorum in compedibus ⁊c. ifra.23. Ligatis manibus ⁊ pedibus proicite eos in tenebras exteriores: qđ ſigt impenitētiam ⁊ irreuocationem eterne dānationis. ¶ In faſciculos ¶ Omnes erunt ſeparati a viſione dei: pena dāni erit equalis omnib⁹: ideo ponūtur in faſciculos: ſicut habet Deut.27. vbi docetur diſcernere iter ſanguinem ⁊ ſanguinem: inter lepram ⁊ lepram. ⁊ Eſa.27. In menſura contra menſuram. Et ad quid: ¶ Ad comburēdum. id eſt ign eterno tradenur. De iſto dicitur Luce 16. quia crucior in hac flāma. Deinde cum dicitur ¶ Triticum autem ⁊c. ¶ ponitur finis bonoꝝ. Et econtrario tria ponuntur. ſpuritas/ ⁊ vnitas/⁊ tranglitas. Puritas/ cum dicitur ¶ triticum ¶ Sed notate ꝙ ẓizania fuit colligata. ideo non fuit excuſſa: triticum vo fuit excuſſum. Et hoc fit ꝙ mali cum ſuis inquinamentis in infernū mittentur: ſed boni penitus crūt purgati. Eſa.35. Uia ſancta vocabitur: non tranſibit per eam pollutus. Item eſt inter eos vnitas. Unde ¶ Cōgregate ¶ Inter malos ſemper ſunt iurgia: ideo non habent vnitatem: ſed boni congregantur. ꝑs.49. Congregate illi ſanctos eius qui ordinant teſtamentuꝝ eius ſuper ſacrificia ⁊c. ⁊ ifra.24. Ubi corpus fuerit congregabuntur ⁊ aquile. Itez erit inter eos trāquillitas. Unde dicit ¶ In horreum meum. Horreum ſit ad ꝛſeruationē meſſis: ſic illa pāia erit horreū ſanctoꝝ vbi erūt cū laude ⁊ letitia ſempiterna: vt hi Eſa.35.

¶ Aliam parabolam ꝓpoſuit eis dicēs. Simile eſt regnum celoꝝ grano ſynapis: qđ accipiens homo ſeminauit in agro ſuo: qđ minimum quidem eſt omnibus ſeminib⁹. Cum autem creuerit maius eſt omnib⁹ oleribus: ⁊ fit arbor: ita vt volucres celi veniāt ⁊ habitent in ramis eius. Aliam parabolaꝝ locutus eſt eis. Simile eſt regnum celoꝝ fermento: qđ acceptuꝝ mulier abſcondit in farine ſatis tribus: donec fermentatū eſt totum. Hec omnia locutus eſt Jeſus in parabolis ad turbas: ⁊ ſine parabolis nō loquebatur eis: vt impleretur qđ dictum erat per prophetam dicentem. Aperiam in parabolis os meum eructabo abſcondita a conſtitutione mundi. Tunc dimiſſis turbis venit in domum: ⁊ acceſſerunt ad eum diſcipuli eius dicentes. Ediſſere nobis parabolā ẓizanioꝝ agri. Qui reſpondens ait. Qui ſeminat bonum ſemen: eſt filius hois. Ager autem eſt mundus. Bonum vo ſemen: hi ſunt filij regni. ẓizania autem: filij ſunt neqꝫ. Inimicus autem qui ſeminauit ea: eſt diabolus. Meſſis vo conſūmatio ſeculi eſt. Meſſores aūt angeli ſunt. Sicut ergo colliguntur ẓizania ⁊ igni comburūtur: ſic erit in conſūmatione ſeculi. Mittet filius hominis angelos ſuos ⁊ colligent de regno eius omnia ſcandala: ⁊ eos qui faciunt iniquitatem ⁊ mittent eos in caminū ignis. Ibi erit fletus ⁊ ſtridor dentium. Tūc iſti fulgebūt ſicut ſol in regno patris eorum. Qui habet aures audiendi audiat.

¶ per duas oſtendit impedimentus euangelice doctrine. Sed quia poſſet aliquis dicere ſi ita eſt ꝙ ita impeditur ꝙ quedam ſecus viam: quedam ſuper petram ⁊c. ⁊ ita videtur ꝙ non poſſit proficere: ideo ſubdit de profecto parabolice: ꝙ ¶ proficerit ꝓpter duo. ꝓmo ꝓpter prauitatem apparentem. 2° ꝓpter occultationem. Ideo duas parabolas ponit. 2° ibi ¶ Aliam parabolam ⁊c. ¶ 3° confirmat modum per auctoritatē ꝓphete. ibi ¶ Hec oīa locutus ⁊c. ¶ Circa ꝓmuꝝ ꝓmo agit de ſeminatione. 2° de prauitate ſeminis. 3° de magnitudine fructus. 2m ibi ¶ Qđ minimum ⁊c. ¶ 3m ibi ¶ Qđ cum creuerit ⁊c. ¶ Dicit ergo ¶ Simile eſt regnum celorum grano ſynapis/⁊c. ¶ In regno eſt rex ꝓncipes: ſubditi: ⁊ etiaꝝ icarcerati. Item diuitie ⁊c. Ideo ad hec omnia poſſumus aſſimilare regnuꝝ. Qđ ergo dic ꝙ ſimile ⁊c. poteſt exponi ſicut dic Dicro. ꝙ per granum ſynapis/ doctrina euangelica intelligit. Et quare: ga granum iſtud feruidum eſt. Item venena repellit. Et hoc ſignificatur quia doctrina euāgelica ꝑ fidē facit ferueſcere. Infra.17. Si habueritis fidem ſicut granū ſynapis dicetis monti huic tranſi hinc ⁊ trāſibit/⁊ nichil impoſſibile erit vobis ⁊c. Item excludit errores. vnde vtilis eſt ad arguendum vt habet 2ª ad Tbi.3. ¶ Qđ accipiēs homo ſeminauit ¶ Homo iſte eſt Chriſtus/qui ſeminauit iſtud ſemen. Uel hoc quilibet homo qui doctrinam euangelicā ſeminat ¶ in agro ſuo ¶ i. in corde ſuo qñ ei prebet aſſenſum. Chriſtus ſeminauit quia fides ex ea ſalui ſumus. Eph.2. Quoniā eni ſaluati eſtis per fidem: ⁊ non ex vobis: dei eni donum eſt. Item quilibet qui obedit ſeminat in agro i. in corde. ꝓuer.24. Diligenter exerce agrum tuum. In iſto agro ſunt diuerſa ſemina/que ſunt diuerſa dogmata. Dogmata Dieron⁹. et Aug⁹. magna videntur: ⁊ confirmant magnis argumētis. Similr doctrina legis. Ex doctrina legis euāgelice modica apparuit: ga predicabat deū paſſum crucifixum: et hoc. Et quis poſſet hoc credere. ꝑ ad Cor.1. Uerbuꝝ crucis/⁊ ideo dicit ¶ Qđ minimū quidem eſt oibus ſeminib⁹ ¶ Unde ꝓmo minima apparuit: percūtibus quidem ſtultitia eſt: his autem q ſalui fiunt. id eſt nobis virtus dei eſt. Segitur magnitudo. Et primo ponitur magnitudo. 2° cōfirmatur. ibi ¶ Cum autē creuerit ¶ i. pullulauerit: maior eſt omnibus oleribus ¶ ga doctrina euāgelica magis fructificauit ex doctrina legis: ga doctrina legis nō fructificauit niſi iter iudeos. Unde dicebāt. ꝑs.147. Nō fecit taliter omni nationi ⁊c. Non.n. fuit aliquis ꝓphe qui aliqꝫ pāiam poterit totam conuertere ad ſuam doctrinā. Si enim aliqs ꝓphe ſicut Plato diciſſet qđ talis ⁊ talis veniet/ non crederetur ei. ꝑs.118. Narrauerunt mihi iniqui fabulationes ſed non vt lex tua. Maior eſt ergo i ſoliditate i generalitate ⁊ inutilitate. In ſoliditate ¶ ⁊ ſit arbor ¶ ga alie doctrine ſunt olera molla nichil firmi: in habentia: ga rationi humane ſubiecta. Sap.9. Cogitationes.n. mortalium timide ⁊ incerte puidentie noſtre: ſed ꝛ̄ eſt arbor firma. ꝑs.118. In eternum diſc permanet vbū tuū. Luc.21. Celum ⁊ terra tranſibunt: verba autem mea nō trāſibūt ⁊c. Ideo ſicut hec arbor ſe habet ad alias arbores: ita hec doctrina ad alias ¶ ita vt volucres celi veniāt ⁊ habitent

L

Dicerunt⁹.

Doctrīa i g/ bus excedat oēs alias doctrinas.

habitent in ramis eius.] Item pest in generalitate doctrinas:ga hec scia multos ramos habet:z exhibet boi q̄ sunt necessaria ad vitā. Unde si sunt coniugati habent p̄ istam qualiter se regere debent:sic clerici q̄o viuant:et sic de alijs. Ideo diuersa dogmata sūt diuersi rami. Jtē preest vtilitate:ga volucres habitant ⁊c. idest oēs qui habent aium in celis. Ad Phil.3. Nostra cōuersatio est in celis. Jsti veniunt ⁊ meditātur ⁊ quiescunt. Qui enim habitant in terra:nō sunt volucres.2° ad Lozi.4. Nō cō templantibus vobis que videntur:sed que nō vidētur. Que enī videntur temporalia sunt:que autem nō videntur eterna sunt. Chrysostomus exponit de Apostolis quos cōparauit grano synapis:ga erant spiritu feruentes. Et istud seminauit homo.i. Christus in agro.i. in ecclesia: ex quo tota fructificatio accidit ecclesie:⁊ fuerūt modici ⁊ abiecti:nulla enī sciētia diuulgata est per tales deiectos boies. Unde Apost.p̄ Lozi.j. Nō multi sacerdotes sine potentes nō multi nobiles:sed que stulta sunt mūdi elegit deꝰ vt cōfundat sapientes ⁊c. Sz cum creuerit:maius est effectum oibus:ga Apostoli maiorem fecerunt fructum. Alex. conuertit vnam partē mundi ad se. Roma silr: sz nunq̄ tñ sicut isti qui tñ fecerunt: vt volucres celi.i. homines requiescant in ramis.i. in doctrinis cozuz. Zach.8. Apprehendent ꝯonam ⁊ fimbriaz viri iudei dicentes. Jbimus vobiscū. Audiuimꝰ enī q̄ñ deus vobiscum est. Hylarius exponit de Christo q̄ fuit granuz synapis ꝓpter seruozem:ga plenus spiritu sancto:q̄ seminauit postea in morte. In agro.i. in populo. Q̄ minimus fuit pp̄ contēptū infidelium. Esa.53. Uidimus eum ⁊ nō erat ei aspectus:et desideraumus eū despectū ⁊ nouissimum virorū virum dolorū ⁊ scientez infirmitatem. Et manus est oibus oleribus.i. omnibus perfectis. Nō adequabit ⁊c. Et cōparantur pfecti oleribus:ga olus datur infirmis. Qui infirmus est:olera manducet. Sz doctrina Chri pfecti datur. Et sic sit arbor. Et hoc figūr per arborē de qua habet Dañ.4. Aliā parabolā locutus est eis.] Dic ponit parabola de profectu. Et ostēdit mirabilis:quia de femine occulto. vnde dic.] Simile est regnū celoruz fermento:q̄ acceptū ⁊c.] Notate q̄ nō est iconueniēs idē aliquādo in bonū:aliquādo in malū interpretari:sicut petra aliquādo interpretatur Christus:aliquādo cōtrariuz: vt durina. Ezech.36. Auferaz a vobis cor lapideū de carne vestra. Jta fermentū aliqñ interpretat̄ in malo iquātum habet corruptionez.p̄ ad Lozi.5. Expurgate vetus fermentum ⁊c. Jtē non in fermēto veteri:neq; in fermēto malitie ⁊ neq̄tie ⁊c. ibidez. Sed fm q̄ habet feruorez ⁊ virtutē dilatandi:sic sonat in bonum. Quid ergo significatur per illud: Significātur quatuor. Chrysostomus dicit. q̄ istud fermentum sunt Apostoli[mulier]diuina sapientia[Abscondit]eos[in farine satis tribus]idest in tribulationibus oppressit. Sed primo accepit. vñ Joā 6.c.15. Ego vos elegi de mundo vt eatis. Quos misit iter fideles:posuit in farine satis tribus. Satus est mēsura:⁊ valet moduz ⁊ dimiduz.i. in tribus mēsuris farine. Et q̄re in tribus:-Ponit finitum pro infinito:ga iter multas gentes. Uel ꝓpter tres partes mūdi:ga ad omnes missi. vl ꝓpter gētes que a trib⁹ filijs Noe orti sunt.] Donec fermentatum est totuz.] Donec oēs cōuerterent ad deum. ps.18. In oēm terram exiuit sonus eoꝝ ⁊ in fines orbis terre verba eoꝝ ⁊c. Uel aliter fm Augu. per fermentum feruor charitatis significatur:ga sicut fermentū dilatat,sic charitas. ps.118. Uia mandatoꝝ tuoruz cucurri cuz dilatasti cor meū. Mulier,ratio vel anima:abscōdit in tribus.i. in toto corde,in tota anima,in totis viribꝰ. vel per tria latores status.[prelatoꝝ,contēplatiuoruz[⁊ actiuoꝝ,qui per Noe,Job ⁊ Daniel intelliguntur. Uel possunt referri ad fructū cētesimū,quadragesimū,⁊ trigesimū. Hiero. exponit de doctrina euangelica quā mulier ⁊ sapientia abscōdit in tribus satis que sunt. spiritꝰ et alia: vel irascibilis ⁊ concupiscibilis:⁊ rationalis: vel aliter per mulierem intelligitur fides. Per tria sata tres psone in diuinis. Hylarius exponit de Chio qui est fermentum qō per prudentiam patris in mūdo absconsum est in lege triplici,lege nature,lege mosayca,⁊ lege euāgelica. Hec oia loquutus est Jesus in parabolis ⁊c.] positis diuersis parabolis ad turbas hic confirmat vel approbat per auctoritatē ppbete. Et diuidit in tres:ga primo ponit consuetudo Chri circa parabolicam lectionē. 2° adhibet auctoritas.3° ponit precedentiū expō. 2ª ibi[Ut adimpleret ⁊c.] 3ª ibi[Tunc dimissis ⁊c.] Dicit g.[Hec oia ⁊c.] Quare ergo turbis loqueret i parabolis: Nō est duplex:ga in turba pmisti erant aliqui fideles ⁊ aliqui infideles. Jtez alig benigni ⁊ aliqui maligni. Propter malignos ⁊ infideles loquebat sic vt non itelligerēt: vt supra dictū est: vt videntes nō videāt. Propter fideles vt melius capiāt melius retineāt. Et hoc bz Marci. 4. Paulus p̄ ad Lozi.4. Non potui vobis loqui quasi spūalibus:sed quasi carnalib⁹. Et sine parabolis nō loquebat eis ⁊c.] Hoc videt falsum:ga in sermone dñi in monte ⁊ in multis alijs non loquebatur in parabolis. Chrysostomus. sic solvit q̄ verus est de ista tota locutione: quia istam totā predicationem ad turbas parabolice loquutus est. Augu. sic q̄ ideo nō sine parabolis:ga aliquaz locutionem non est loquutus ad turbas gn̄ pmiscuerit aliquā parabolaz. Uñ in sermone dñi in mōte permiscuit: vbi dixit. Nesciat sinistra tua qd faciat dextera tua. Et dicit q̄ si aliquādo inueniatur sine parabola. Dicēduz q̄ euangeliste nō fm ordinem narrauerunt. vñ ⁊ si non sit scripta parabola itelligi debet:q̄ ꝓpter hoc q̄ ibi dic̄ q̄ sine parabolis nō loquebat eis:⁊ nisi cōmiscere parabolas[vt adimpleret q̄ dctm est p̄ ꝓphetaz dicentem. ps.77.[Aperiā in parabolis os meuz.] Dupl̄r locut⁹ est dñs humano generi.primo in ꝓphetis.2° i seipso. Esa.52. Ecce ego qui loq̄bar.ecce adsum. Utrobiq; parabolice loquutus est:in ꝓphetis multiplr:⁊ per seipm silr hic. Q̄ enī factuz est in ꝓphetis:signū fuit q̄ faciendū erat per Chm. vñ dr. Ego dñs qui apui os ꝓphetarū in parabolis:aperiā in meipso.[Eructabo absc̄dita a cōstitutiōe mundi.] In aperitione oris est manifestatio secretoruz vt supra:eructatio ex intimis est:nūc eructat quādo de pfundo sapiētie emittit. ps.44. Eructauit cor meum verbuz bonum. Sapientia dñi abscondita est. Job.28. Abscondita est ab oculis oium viuentium. Jo.p. Deuz nemo vidit vnq̄ nisi vnigenitus filius qui est in sinu patris ipse enarrauit ⁊c. Eructauit abscondita ⁊ que fuerūt occulta a mundi ꝯstitutione. Ad Eph̄.3. Q̄ alijs de generatiōibus nō est agnitus filij hoium sicut nunc reuelatum est sanctis Aplis eius ⁊ ꝓphetis in spiritu. Uel aliter. Eructabo ea que sunt a cōstitutione mundi:que sunt abscondita. Et quare:-Quia ipse est a cōstitutione mundi.⁊ ipe nobis reuelauit seipm per ea que fecit. Rom.j. Jnuisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur ⁊c. Tūc dimissis turbis venit in domū.] Hic exponitur vna de premissis parabolis.⁊ primo describit locus.2° discipuloꝝ iterrogatio.3° expositio. Dicit ergo[Tūc ⁊c.] In quo datur nobis ex̄plus si velimus secreta inuestigare:debemus in secretum intrare. Sapie.8. Intrās in domum meam conquiescaz cum illa. Eccl.3°. Procurre in domum tuaz ⁊ illic aduocare ⁊ illic lude ⁊ age ꝓceptiones tuas ⁊ nō in delictis ⁊ verbo superbo ⁊c. Et accesse-

runt ad cum discipuli eius dicētes.¶ Edissere nobis parabolam ȝiȝaniorum agri ⁊c.ga de ista magis dubitabant. Aliquando pro reuerentia accedere non audebāt: vt habetur. Jo.4. Qō nemo dixit ei quare cum muliere loq̄rebatur ⁊c. Sed hic specialem audaciā acceperunt ga audierant. Uobis datum est ⁊c. Sic si aliqd mysticum velimus acquirere. debemus ad eum accedere. Accedite ad eum ⁊ illuminamini. ps.33.¶ Qui respondēs ait.¶ Dic parabolā exposit'o parabole ȝiȝanie. Et p̄mo quo ad p̄mam seminationē. 2° quo ad sup̄seminationē. 3° quo ad vtrūq. Et p̄mo exponit quid sit seminator/quid ager/qd semē.

Lucas Ebiscolarez filius hominis.

¶ Qui seminat bonū semē est filius hois.¶ Nominat se filium hois/tum ꝓpter humilitatez: tum vt repellat hereticos fratres: qdam eni deus esse negauerūt qdaz Xo homine. Uñ dicit se filiū hois: qō ad hoiem ptinet ⁊ seminare spūale/ad deū ptinet. ps.41. Signatus est sup nos lumē vultus tui dñe ⁊c.¶ Ager est mūdus/quē ipse creauit. Uñ supra dixit in agro suo. Jo.p. In ꝓpria venit ⁊c. Jtē ibidē. mūdus p ipm factus est.¶ Bonū Xo semen hi sūt filij regni Jex quo alij ꝓpagati sūt g fuerūt boni filij. Qz si filij ⁊ heredes. Ad Ro.8. Deide exponit qō ad superseminationē pt.net. Et dicit qd sit semē. ȝiȝania autē filij sūt nequā. Esa.p. Ueh ppto graui inigitate/semini nequā filijs sceleratis ⁊c. Deide ga seminator. dicēs.¶ Inimicus aūt g seminauit ea est diabolus/g induxit peccatuz. Sap.2. Jnuidia diaboli intrauit mors in orbē terrarum.

¶ Cōsequēter agit de distōne. Et tria facit. p̄ ponit tempus. 2° ministri. 3° distinctio. ibi ponit.¶ Messis Xo. cōsummatio seculi est.¶ Sic est dictū collectio p̄ma facta p Apostolos. de q̄ Jo.4. Leuate oculos vestros ⁊c. Alia Xo in qua erit fructus collectio. de qua ad Gal. vlti. Que seminauerit hō/hec ⁊ metet.¶ Messores Xo/angeli sūt.¶ Sic eni in p̄senti eccl'ia ministri boni sūt hoies: sic tūc erūt angeli.

¶ Cōsequēter ponit finē vtriusq. ibi.¶ Sicut g colliguntur ȝiȝania ⁊c.¶ Et p̄mo quo ad malos. 2° quo ad bonos. 3° excitat ad spūalez sensum. Dicit g.¶ Sic ergo ȝiȝania colligūt/⁊ igni ꝓburūt/sic erit i ꝓsūmatiōe ⁊c.¶ Mittet filius hois angelos suos. Nec Xba oñdūt cū cē hoiez ⁊ deū.¶ Et colligent de regno ei° oia scādala ꝓtorquet ad peccata que fiūt in p̄simū. Qō aūt sequit.¶ Et eos q faciūt iniquitatez ꝓfert ad alia pcta. Qz aūt dicit regnū/intelligit' p̄sens ecclia: ga in triūphāti nō sūt scādala: ⁊ hō sciet p tribulationē p̄cedēte finale iudiciū. Aug. 20. qp nō legim° qō mali sunt ad remunerādū bonos: sz boni inueniunt aliqui punire malos. Qz g dicit oia intelligēdū est in p̄senti ecclesia i. mittēdo tribulationes p quas ēt boni ⁊ mali puniantur.

Augustinus.

Chrysostō.

Chrysō. exponit p regnū celestē patrias. Et qp dī omnia scādala nō intelligūt qp ibi sint. sz qp non sint. vñ colligēt ⁊ seiparabūt malos a bonis ne sint cū eis.¶ ⁊ mittent eos.¶ in caminū ignis. Pena dāni est carētia diuine visiōis: sz tangit' pena sensus cū dī.¶ ⁊ mittent eos in caminū ignis.¶ Apo. penul. Nō intrabit in eo aliqō coinquinatū.¶ Et mittet eos ¶ i. filius hominis potestate iudicatoria.¶ In caminū ignis.¶ Unde dicet. infra. 25. Jte maledicti in ignem eternum.¶ Ibi erit fletus et stridor dentiū.¶ Hoc exp̄ssiū ē. ut pōt ex hoc hūl qō dāmati ⁊ in aia ⁊ corpore punientur. vñ supra. 10. Eū timete qui pōt aiaz ⁊ corpus mittere in gehēnā ⁊c. Fletus eni ptinet ad oculos: stridor ad dētes: oculi aūt ⁊ dētes sunt membra corporalia: in quo significatur veritas resurrectionis. Jtē per fletus qui ex sumo cito generatur significat' pena ignis: per stridorē dentiū frigus. Job. 18. Transibūt ab aquis nimium frigidis: ad calorē nimium: vel aliter: qp fletus ex tristitia: stridor ex ira. vnde Act. 7. dī. qp stridebant dentibus in eū. Esa. pe multio. Serui mei gaudebūt pre exultatiōe cordis ⁊ vos clamabitis pre dolore cordis ⁊ pre cōtritiōe cordis vlulabitis. Luc. 6. Ueh vobis qui ridetis: qa plorabitis. Jtez in stridore sigūr ipatientia ⁊ rixa. Apost. 1 4. qui mādu cauerunt linguas suas ꝓpter ipatientiā iustimēdu.¶ Tūc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eoz.¶ Dic exponit quo ad bonos. Et in eis erit duplex fulgor. i. in alia p quem deū videbunt. ps.35. In lumine tuo videbimus lumen. i. increati. Esa.58. Et ipiebit splēdorib° aiam tuam. Et dirūabitur ad corpus. Ad Phil.3. Reformabit corpus būilitatis nostre ꝓfiguratū corpori claritatis sue ⁊c. Sapiē.3. Fulgebūt iusti ⁊ tāq̄ scintille in arundineto discurrent ⁊c. Qō dicē sicut sol nō est intelligēdū absolute p omnimodā equalitatē: maiorē eni habebūt splēdorem: sed ga in istis sensibilib° qō magis splendet est sol. Conuenit aūt cū sole: ga sic̄ sol nō mutat': sic nec iustus. Eccl. 37. Dō sanctus in sapiēria manet sicut sol: stultus autem vt luna mutat'. Deinde excitat ad spūalem sensum. Qui habet aures ⁊c. scilz interiores. audiat. Intelligēdo. Esa. Dominus aperuit mihi aurem ⁊c.

¶ Simile est regnū celoz thesauro abscōdito in agro: quez qui inuenit hō abscōdit: ⁊ pre gaudio illius vadit ⁊ vendit vniuersa q̄ habet: ⁊ emit agrū illū. Jterū simile est regnū celoz hoi negociatori: querenti bonas margaritas. Jnuēta aūtē vna p̄ciosa margarita: abijt ⁊ vēdidit oia que habuit: ⁊ emit eam. Jterū simile est regnum celoz sagene misse in mare: ⁊ ex omni gñe piscū congreganti. Quā cū iplena cēt: educētes ⁊ sedētes elegerūt bonos i vasa sua: malos aūt foras miserūt. Sic erit in ꝓsūmatiōe seculi. Exibunt angeli: ⁊ separabūt malos de medio iustoz: ⁊ mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus ⁊ stridor dentium. Intellexistis hec oia? Dicūt ei. Etiaz. Ait illis. Ideo omis scriba doctus in regno celoz similis est homini patrifamilias: qui profert de thesauro suo noua ⁊ vetera. Et factū est cū ꝓsūmasset Jesus parabolas istas: transijt inde. Et veniens in patriam suā docebat eos in synagogis eoz: ita vt mirarentur ⁊ dicerēt. Unde huic sapientia hec ⁊ virtutes? Nōne hic est fabri filius? Nōne mater eius dicitur Maria: ⁊ fratres eius: Jacob° ⁊ Joseph ⁊ Symon ⁊ Judas: ⁊ sorores ei°: nōne oēs apud nos sunt? Unde ergo huic oia ista? Et scādalizabantur in eo. Jesus autē dixit eis. Nō est prophēta sine honore nisi in patria sua ⁊ in domo sua. Et non fecit ibi virtutes multas propter incredulitatem illorum.

¶ Supra dñs parabolice ostendit doctrine euangelice ⁊ impedimentum ⁊ profectum. Nunc autem ostēdit eius dignitatem per quasdam parabolas quas discipulis exposuit. Dignitas ostēditur quantum ad tria. Quantuz ad copiositatem: quātum ad eius cōmunitatē. 2° ibi.¶ Jterū simile ⁊c. ¶ 3ª ibi.¶ Jteruz ⁊c.¶ Dico ergo. qō copia doctrine euangelice est in similitudine thesauri: quia sicut thesaurus

N

Dignitas doctrine euangelice oñdit ex tribus.

saurus est copia virtutum sic in doctrina euangelica. Esa.33 Dulcis salutis sapientia: et scientia: timor domini ipse thesaurus eius ⁊c̄. Circa istud sic procedit. Primo ponitur thesaurus absconditus. 2° inuentio. 3° acquisitio ⁊c̄. 2° ibi. Quem qui inuenerit ⁊c̄. 3° ibi. Et pre gaudio ⁊c̄. Iste thesaurus multipliciter potest exponi. Secundum Chrysosto. est euangelica doctrina: de qua. 2. ad Corin. 4. Habemus hunc thesaurum in vasis fictilibus. Qui absconditus est in agro huius mūdi: scilz ab oculis in mundorum supra. xj. Abscondisti hec a sapientibus et prudentibus. Secundus Grego. dicitur celeste desiderium. Esa 33. Timor domini ipse est thesaurus eius. Iste est absconditus in agro discipline spiritualis: quia exterius videtur contemptibilis: interius ad dulcedinem habet. Prouerb. 24. Diligenter exerce agrum tuum. sm Hieronymū est verbum dictum quo ad Lotū. 2. In quo sunt omnes thesauri sapiēcie et scientie absconditi. Qui absc̄ōdit in agro sui corporis: quia latebat in carne. Esa. 2. Et non est finis thesaurorum eius. Ideo aliter intelligitur: sacra doctrina: que absconditur in agro ecclesie. Sapien. 7. Infinitus enim thesaurus est hominibus. ¶ Quem qui inuenit homo abscondit. Inuenīt in omnibus per fidem. Non enim potest in aliquibus esse nisi per fidem. Sapien. j. Inueniatur ab his qui non tentant illum: apparet autem eis qui fidem habent in illum. Sz oportet quod abscondatur: sm q dicitur. ps. 118. In cor de meo abscondi eloquia tua. Quod autez absconditur: non debet esse ex inuidia: sed ex cautela. Quare autem abscondi debeat multiplex est ratio: vna quia magis fructificat et proficit: quia magis exardescit: sicut ignis conclusus magis calefacit: sicut verbum: quando est absconditum. Dicere. 20. Factum est verbū domini quasi ignis estuans clausus in ossibus meis: et defecit: ferre non sustinens. Et in ps. 38. Concalnit cor meum et in meditatione mea exardescet ignis intra me. Item est q absconditur ob inanem gloriam. Si enim fumigat exterius: subito facet periculo. Ideo dominus supra capi. 5. Ora patrem tuum in abscondito. Itez quia sic tutius custoditur: quando enim est in publico: nūc inuenit qui rapit. Esa. 39. Qui ostendit thesauros nuntys regis babylonis et subditur. Ecce venient dies: et auferentur omnia que in domo tua sunt. Sed quid est quod dicitur est supra. 5. capi. Luceant opera vestra bona: Solutur ob distinctionem temporum: quia quando primo inuenitur: bonum est q absconditur. Sed quando homo confirmatus est: tunc bonum est q manifestetur. Eccle. 41. Thesaurus inutilis et sapientia abscondita que utilitas in utrisq ⁊c̄. Gregorius dicit: q debet esse apertus in effectum: absconditus in corde. Unde dicit sic. Opus sit in publico q̄ꝯ intentio maneat in occulto. ¶ Pre gaudio illius vadit: et vendit vniuersa que habet. Hoc est termū de acquisitiōe: quia gaudet. Job. 3. Quasi effodientes thesaurum gaudentq; vehementer cum inuenerint sepulchrum: quando per fidem inuenerit: pre gaudio vadit et incipit proficere: et vendit omnia. idest contemnit: vt spiritualia habeat: et emit agrum ⁊c̄. Hoc est vel bonam societatem sibi exquirit vel emit sibi ocium quod non habet: scilicet pacez spiritualem. Ad Phil. 3. Omnia arbitratus sum vt stercora vt Christum lucrifaccrem. Cant. 8. Si dederit homo omnem substantiam domus sue pro dilectione quasi nihil despiciet eam ⁊c̄. ¶ Ité simile est ⁊c̄. Dic ostenditur pulchritudo vel claritas. Simile est regnum. Iste parabola exponitur multipliciter Chrysostomus et Hieronym. exponunt de euangelica doctrina. Multe sunt doctrine false. Iste nō sunt margarite. Homo ergo qui querit diuersas doctrinas inuenit vnam: scilicet euangelicā doctrinam que vna est propter veritatem. Uirtutes enī multe sunt: sed necessitas vna. Unde Dionysius dicit qō virtus diuidit sed veritas odorē dat. Unde ad designandam veritatem vocat vnam. Item dicitur vna propter diuersam doctrinam prophetarum. Abijt et vendidit. idest omnes doctrinas et prophetarum et phōz pro ista dimisit. Prouer. 25. In auris aura et margarita fulgens qui arguit sapiēter et aurem obedientem ⁊c̄. Grego. istaz dicit esse celestem gloriam: q̄z bonum est naturaliter desiderabile: et homo semper vult cōmutare minus bonuz pro maiori bono. Sūmū bonuz dominis est gloria celestis. Hanc cuz inuenerit debet omnia dimittere pro ista. ps. 26. Unam petij a dño hanc requiraz vt inhabitē in domo domini omnibus diebus vite mee ⁊c̄. Aug. triplr exponit. Simile ⁊c̄. idest querēti bonos boies a quibus informet: q̄z n. vnus pollet in vna virtute alius in alia. Et cum inuenerit eam. scz christum in quo oēs virtutes sunt in sūmo. Abijt ⁊c̄. Itez aliter per bonas margaritas signant diuersa precepta et omnia ad vitam necessaria. Et cum inuenerit vnam. i. vnum mādatum. scharitatis. Abijt ⁊c̄. Jo. 13. Mandatum nouum do vobis vt diligatis inuicē sicut dilexi vos vt et vos diligatis inuicē ⁊c̄. Et Apost. Ro. 14. Plenitudo legis est dilectio. Item aliter. Per margaritas intelligunt diuerse scientie q̄s querē do inuenimus p̄n̄ omniū scientiaz. s. verbū dei de quo Eccl. j. Fons sapiēcie verbū dei. Uñ debes oia vendere pro isto et terrena et animā et corpus: q̄z cū vēdis ista te ipsum bēs et es diuis tui. Ad phil. 3. Oia arbitratus sum vt stercora: vt christū lucrifaciam. Unde oia debes dare p isto lucro: sic̄ dabat Paulus ⁊c̄ Lotī. 5. Si vn̄ p omnib⁹ mortuus est vt et qui viuūt iaz nō sibi viuant: sz ei q pro ipsis mortuus est et resurrexit. ¶ Itez simile est regnum celoz ⁊c̄. Dic ponit alia parabola. 2° ponit expositio: non q̄tum ad totum: sed quo ad partē. ibi. Sic erit ⁊c̄. Et in ista duo fiūt. Primo ponit cōitas huius doctrine. 2° distinctio. ibi. Cū impleta ⁊c̄. Dicit ergo. Simile ⁊c̄. Ista sagena est quoddaz instrm q̄ circūdat magnā partem maris. Uñ potest p eam significari vel doctrina vl ecclesia: q̄z p̄mi doctores fuerūt piscatores. supra. 4. Erāt enī piscatores. Dec ponit in mari. i. i mūdo. ps. 103. Dec mare magnū et spatiosuz ⁊c̄. Et ex omni genere piscium congregāti. Ecce cōitas. Lex n. nō erat data nisi in vni gēti. ps. 147. Non fecit taliter omni nationi et iudicia sua nō manifestauit eis. Lex euangelica congregat omnis. Ad Ro. p̄mo. Grecis et barbaris: sapientibus et insipiētibus debitor sum. Et Marci vltimo. Ite predicate euangelium omni creature. Sed numquid idem erit finis omnium: Modo omnes simul sunt in sagena: sed in fine omnes separabuntur. Unde dicit. Quam cum impleta esset ⁊c̄. idest quando tot electi intrauerint vt sit completus numerus electorum ydoneus. et sicut litus sedentes ⁊c̄. per litus finis mundi significatur: quia nō erit apud sanctos turbulentia sed erunt in quiete bona. Et dicit sedentes: quod pertinet ad iudiciariam potestatez. infra. 19. Uos qui secuti estis me in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue sedebitis et vos super sedes duodeci iudicantes duodecim tribus israel. Elegerūt bonos in vasa sua. Et in celestia habitacula. Joā. 14. In domo patris mei mansiones multe sunt. Et dicit vasa pluraliter propter diuersitatem remunerat. Luc. 16. Recipiant vos in eterna tabernacula. Malos autē foras miserunt. quia omnes immundi eiciēt. Sic erit in cōsūmatione seculi. Dic exponit parabolam. Et notandum quod exponit solum quo ad malos. Sed

Questio. tūc est questio: quare magis exponit de malis q̄m de bonis. Dicendum quod fecerat mentionem de sagena: qua quando pisces capiuntur: mali ejiciuntur et vīuunt. Boni autem occidūtur et comeduntur. Ideo posset aliquis dicere q̄ ita erit ex parte ista. Ideo vt excludat illud: exponit dicens. ⁊ Exibunt angeli ⁊c. ⁊ id est ibunt ab intimis cōtemplationis: quia vbicunq; sunt contemplantur deum. sed quia progrediuntur ad exterius ministeriuz. Daniel 9. dicitur de quodam angelo. Egressus sum vt docerem te. ¶ ⁊ Et separabunt malos de medio iustoz. ⁊ Modo mali sunt inter bonos: sicania in medio tritici: lilium inter spinas: sed separabunt ex cōmunione bonoz. Et ex hoc est mala excōicatio. Ista tamē signum illius: sed tamen aliquando ecclesia sepe decipitur: sed tunc non erit deceptio. Hec est de qua dicit Apost. p̄ Corī. 16. Qui nō diligit: anathema sit de medio iustoz. Unde dicit tollat impius ne videat gloriam dei. ¶ Sequitur de pena sensus. ⁊ Et mittent eos in caminuz ignis. ⁊ Hoc exponitur vt supra. Sed est questio. Quare intrauit huc dominus: q; videt idem esse quod parabola de sicania. Dicendum; q; idem est quātum ad aliquid: q; hic per sagenā intelligunt et boni et mali. Unde significat eos qui nō sunt precisi ab ecclesia. Sed per sicaniā significāt illi qui sūt prius p diuersitatē dogmatis: et hi non sunt de ecclesia. ¶ Intellexistis hec omnia: dicunt etiam. ⁊ Postq̄ dominus complevit parabolicam doctrinaz et quo ad discipulos: hic determinat de effectu. Et p̄ in discipulis. 2° in turbis. ibi ⁊ Et factū est ⁊c. ⁊ Effectus in discipulis sunt intellectus. Unde tria ponunt. p̄ examinatio. 2° professio. 3° ōsignatio eoz ad futurum officium. Notandum aūt q; cū multa locutus esset ad turbas et discipulos: q; futuri erāt magistri: ideo oportebat q̄ intelligerēt. Et nota: q; de trib⁹ examinabant. Prio de intellectu. ⁊ Intellexistis hec ola ⁊ Secz de amore. Jo. vltio. Simon amas me plus his. Tertio de possibilitate ad passionē infra. Poteritis bibere calicē quē ego bibiturus sum. ps. Bene patiētes erunt vt annūtient. Lz humilitatis sit q; homo nō se extollat ingratus tū est si beneficiū nō recognoscat. Esa. 63. Miserationū dñi recordabor. Ideo respondent q; dicant ei etiā. ⁊ Ibi ponit professio ecclesie attribuentiū sermoni christi. ps. 118. Declaratio sermonum tuoz illuminat: et intellectum dat parvulis. ¶ Ideo ois scriba doctus ⁊c. ⁊ hic ostendit officium q̄ imminebat eis q̄si iam examinātis. Et hec ꝯclusio duplr pōt sequi ex p̄missis. Primo retorquendo hoc q̄ dictū est de thesauro. Pōt ergo esse sensus vt dñs velit illud exponere. Uos dicitis q; intelligitis. Si intelligitis: potestis scire q; thesaurus est sacra doctrina. De isto thesauro poteritis proferre noua et vetera. Et notandū q; isti dicunt scribe: q; prīt proferre in regno celoz et in doctrina sacra vbi noua et vetera tenentur. Et dicuntur scribe p idoneitatē: q; scribe i. docti. Dan. 12. Pastoz docti intelligent. infra. 23. Ecce ego mitto ad vos sapientes et scribas. Item dicunt scribe ex officio: q; sunt notarij christi: q; scripserūt mādata christi in tabulis cordis sui. Prouer. 6. Liga ea in corde tuo iugiter. Item in cordib⁹ aliozuz. Unde Apost. 2ª ad Corī. 3. Epistola vestra scripta est in cordib⁹ nostris. Similis est pūfamilias. i. Christo. Ipse oni est dñs: vt hic supra. 7. Qui profert de thesauro noua et vetera: et officia noue legis. Nouum n. lex nouus fētus addit sup veterem: et christus hos exposuit: ideo dz nobis sufficere vt sit similis christo: sic supra. 10. habet. sufficit discipulo q̄ sit sic magister ei⁹. Uel pōt dici: simile est cuicunq; alij pūi qui proferet de scientia diuinitus sibi data noua et vetera. Non sic Manichei: q; non proferebant vetera. Cant. 7. Ois noua et vetera seruaui tibiq̄ pōt referri: de exposītione parabole. Secūm Aug. sic exponit ⁊ Ideo ois ⁊c. ⁊ Uos intellexistis qualr locutus sum turbis parabolice et exercitati estis vt q̄ parabolice dictū est: sm sensum spūalem intelligatis. Unde debetis intelligere vt ea q̄ in veteri lege legunt: sciatis exponere p nouam. Unde q̄ in veteri dicunt: sunt figure noui testamēti. vñ Apostol. p̄ ad Corī. x. Ois in figura contingebant eis. Et hec reuelata sūt in passione. Unī isa. 27. Dicit q̄ pacē de dño velut torrēs replet scitiz est. Unde christus ante passionem in parabolis locutus est: vt audītes hec intelligant ea que in veteri testamēto dicunt: et sic dicta in figura aliaz rez ⁊ essent res geste. ⁊ Ois ergo scriba doctus ⁊c. ⁊ post de thesauro suo noua et vetera. ⁊ Uel sm Greg. q; vetera referunt ad ola ea q̄ ad peccatū referantur noua que ad grām christi. Unde nota dñr premia vite eterne: vetera pena inferni. Ille ergo profert noua et vetera qui non premia sed penam etiā inferni p̄sideret. ¶ Et factū est cum p̄fumasset Jesus parabolas istas ⁊c. ⁊ Hic ponit effectus in turbis duplex. s. et admirationis et scandalizationis. Et p̄mo locus describit. 2° admiratio. 3° improbatio. Dicit ergo ⁊ factū est ⁊c. ⁊ Notandū q; nō videt q; statim transierunt. Unde nō seruat ordinem historie: sed trāsiuit: q; ad intelligendū nō erant idonei: ideo ad alia se transtulit sm illud Eccl. 32. Ubi audītis nō est: non effundas sermonē: et. 23. Cum dormiente loquit: q; narrat stulto sapiētiam. ⁊ Et veniēs in patriā suam. ⁊ Patria sua aliqñ dicit Nazareth: vbi nutrit⁹ est: et ibi fecit pauca miracula. Aliqñ in bethleem in qua natus est: aliqñ capharnaum: q; miracula fecit. ibi ⁊ Et docebat in synagogis eorum ⁊c. ⁊ Segtur admiratio. Et p̄ ponitur admiratio. 2° causatur effectus. Dicit ⁊ ita vt mirarentur. ⁊ nō erat mirum si mirabant. ps. 118. Mirabilia testimonia tua. Admirabantur vnde ille virtutes essent. Admiratio. n. ex hoc causat q; videt effectus: et nescit causa. Isti effectū manifestū videbant: sed cām nesciebant. vñ dicebant. ¶ Unde hic sapientia et virtutes. ⁊ Sed hec stulta admiratio: q; p̄ ad Corī. x. bi. Qz ipse est dei virtus et sapia: sed nō cognoscebant: ideo admirabant: et ponunt admirationē suā et cognitionē suam. Unde dicebāt. ⁊ Nōne hic est fabri fili⁹. ⁊ Ipse n. putabat filius Joseph: qui nō erat faber ferrarius: sed lignarius. Licet quis etiā posset dici filius fabri q; fabri causa est aurora et sole. ps. 73. Nōne mater eius dicit Maria. ⁊ Ois nescebant q̄ erat humanitus. De Maria bi supra. ⁊ Cū esset desponsata mr Jesu Maria Joseph ⁊c. ⁊ Et frēs eius Jacob⁹ et Joseph. Symon et Judas. ⁊ Eluidius intellexerat istos esse filios Marie. Sed hoc falsum est: sed fuerunt consobrini eius. Uel dicuntur fratres: quia de cognatione Joseph: qui putabatur esse pater Jesu. Gen. 13. Non sit contentio inter me et te: fratres enim sumus dixit Abraam ad Lotb. Cum tamen Lotb esset filius fratris: et eodem modo intelligendum est quod sequitur. ⁊ Et sorores eius: nōne omnes apud nos sunt. ⁊ Ideo ex his que sm carnem erant in admiratione prodebant dicentes. ⁊ Unde ergo hec ola ista. ⁊ Sed notandum q; admiratio quādoq; habet debitum effectum. s. dei glorificationem: vt supra. 5. Aliquādo vo scandalizationem. vnde dicit. ⁊ Et sic scandalizabantur in eo. ⁊ Sz que est rō q; admiratio aliqñ pariat gloriam: aliqñ scandalum: rō est q; quidam ea que audiunt interpretantur in pcius: ideo tales necessario scandalizant. In canonica inde. Quecunq; quidē ignorant blasphemant. Sz alii qui sūt bene dispositi: semp in melius interpretant. De primis erant isti: ideo eos reprehendit. Et p̄mo verbo. 2° factorum dicit. ⁊ Jesus autem ⁊c. Non est ꝓphēta sine honore ⁊c. ⁊ Dñs scipsum ꝓphetaz nominat. Nec

Magna Glosa.

Greg. zine.

Error Eluidij ecclesiē.

quia simul intingebat cum omnibus: ideo noluit eum tangere ne fieret magis peccator. Uel potest dici q̃ duo: et duo sedebant: et istum secum posuerat vt ipsum retraheret: sed multi per amicitiam non retrahunt. ⁊ Filius quidem hominis &c. ⁊ Quid est qđ dicis q̃ tu tradens: Dicit. Filius hominis vadit. s. propria voluntate. Oblatus est: quia ipse voluit: sicut scriptum est. Isa. 53. Unde predicta fuit passio a prophetis: vt habetur Luce vltio. Et incipiens a Moyse et omnibus prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturis que de ipso erant: et ita filio hominis nihil nocet: quia fit qđ ipse disposuit. Sz dicet aliquis. Si vadat ex propria voluntate. Ergo non est imputandum inde. Dicendus q̃ imo: quia hoc mala voluntate faciebat: qđ filius spontaneus agebat. Ideo segtur pena. ¶ Ueh autez homini per quem &c. ⁊ Sicut supra. 17. Necesse est vt veniant scandala. Ueh autem homini illi per quem scandalum venit. Et tangitur magnitudo pene. ⁊ Bonus erat illi &c. ⁊ Ex hoc sequitur occasio erroris. Dicunt enim quidam q̃ non existenti: non infertur pena: ideo dicunt q̃ melius est simpliciter nó fuisse. Hieronym⁹. Quod est contra Apostolum ad Ro. 9. Unde sm Dionysium. Dicendum q̃ loquitur sm cõmunem modum loquendi. l. minus nocumentum. i. maius tormentum sentit q̃ si natus non fuisset. Et ad hoc videtur facere qđ dicitur Eccl. 3. Laudaui magis mortuos q̃ viuentes. Et h̃ est contra Aug⁹. in libro de libero arbitrio. Augustinus. Quod nihil est: non potest eligi. Item qđ eligimus: est propinquius felicitati: sed qđ non est: non est propinquum felicitati. Quid est ergo dicendum. Potest ne aliquis magis eligere non esse q̃ esse: penale esse: ideo dicendum q̃ non esse: duplicit̃ potest accipi: vel sm se vel per comparationem ad aliud. Scõm se: dico q̃ non est eligibile: vt dicit Aug. Sed per comparationem ad aliud: est eligibile: vt dicit Dionysius. Quia hoc non est aliquid in natura: sed sm apprehensionem anime accipitur vt aliquid: vt non sedere. Sed electio accipitur ab eo qđ est apprehensiuz: ideo cum re malo: accipit vt bonum. Quando ergo eligit: non propter se: sed inclusum exclusiuum mali. Sic eligit: vt dicit Phs. Per hoc patet responsio ad scõm. Dico ergo q̃ illud qđ magis remouet a malo: accipitur vt magis propinquum felicitati. Unde homini febrienti: carere febre: videtur esse felicitatem: quia sub miseria videtur non esse. Unde melius est non esse: q̃ sub miseria esse. ¶ Respondens autem Judas qui tradidit eum. dixit. Numqđ ego sum rabbi. ⁊ Notandum q̃ simulatorie hoc dixit. Unde quia tardauit querere significauit q̃ erat tristis: sed simulauit. Item alij vocant ipsum dominum: sed iste magistrum. Utrũq; tamen erat. Jo. 13. Uos vocatis me magister et domine et bene dicitis: sum etenim. ¶ Ait illi: tu dixisti. ⁊ Notate mansuetudinem domini. Supra. 10. Discite a me quia mitis sum et humilis corde. Et hoc vt nobis exemplum mansuetudinis daret. Unde dicit. Tu dixisti. i. confessus es. Uel tu dicis istam non assero ego: sed tu dicis. Unde non est verbum asserentis. Nolebat enim eum reuelare. q. d. non assero: sed tu dicis.

¶ Cenantibus aũt eis accepit Jesus panẽ et benedixit: ac fregit: dedit q̃ discipulis suis: et ait. Accipite et comedite: h̃ est corp⁹ meũ.

K ¶ Supra posuit euangelista celebrationem veteris pasce: hic ponitur institutio sacramenti altaris. Et primo instituitur sacramentum. 2° premũciatur futurum scandalum discipulorum. ibi ⁊ Tunc dixit illis Jesus &c. ⁊ Circa primum: primo duo facit. Primo instituitur pascale sacramentum. 2° hymnus gratiarum actionis. ibi ⁊ Et hymno dicto &c. ⁊ Et circa primum duo facit. Primo ponitur institutio sacramenti sub specie panis. 2° sub spẽ vini. ibi. ⁊ Et accipiens calicem &c. ⁊ Circa primus. Primo tangit facta christi. 2° verba. ibi ⁊ Accipite &c. ⁊ In factis quinq; sunt notãda. Primo ponitur tempus. 2° designatur materia. 3° benedictio. 4° fractio. 5° cõmunicatio siue distributio. Tempus tangitur cum dicit. ⁊ Cenantibus autem &c. ⁊ i. dum essent in cenando. i. dum cenarẽt. Et quare hoc constituit in ipsa cena: et nó ante? Duplex est ratio: qz voluit dominus q̃ istud succederet veteri sacramento: sicut veritas figure: ideo post constitutionem veteris sacramenti: nouum constituit. Diere. 26. Nouis superuenientibus vetera proijcietis. Itez propter aliud: quia voluit vt infigeretur memorie. Que enim vltimo audiunt: altius infigunt memorie. Treno. 3. Recordare paupertatis et transgressionis mee absinthij et fellis. Quare ergo constituit ecclesia q̃ homines ieiuni istud sacramentum reciperent. Dicendum q̃ hoc est ad reuerentiam sacramenti. Conueniens enim est q̃ ante cibum sumatur. Et hoc intelligendum est eodem die. Cum enim dies a media nocte incipiat: non debet recipere quicq̃ a media nocte vsq; ad perceptionem huius sacramẽti. Sed quesierunt aliqui: si quodcũq; intrat in os soluat sumptionem sacramenti: vt si bibit aliquis aquam. Intelligendus est q̃ est ieiunium. (ieiunium ecclesie: et ieiunius nature. Ieiunium ecclesie non soluit potus aque: sed ieiunium nature soluit: quia et si aqua per se non nutriat: cum alys nutrit. Et debetis intelligere q̃ aquam recipit et ponam: si aliquis lauet os et transglutiat vnam guttam casualiter. Non tamen propter hoc debet dimittere imo computatur cum saliua. Similiter de cibo dico. Ut si amsum comedit in sero et remanserit aliquid in dentibus: si a casu transglutiat: non propter hoc debet dimittere. Itẽ aliqui conscientiam faciunt q̃ si non dormiunt non recipiant. Hoc non habet locum: quia non fuit de constitutione ecclesie. Unde non facit ad rem: vtrum dormiat vel non dormiat. ⁊ Accepit Jesus panem &c. ⁊ Hic tangitur materia. Notandum q̃ istud sacramentum ẽ̃tum ad aliquid veteri sacramento attinet sicut veritas figure. Sacramẽtum illud sumebatur: vt cibus: quia mandatum erat q̃ comederent agnum. Et istud q̃ loco cibi sumitur: debet sumi vt cibus. Et sicut ille erat vere cibus: sic et iste agn⁹ Joã. 6. Caro mea vere est cibus. Unde falsa est ista opinio que ponebat q̃ solum erat ibi Christus sub signo: qz si ita esset. Quid plus haberet istud signum q̃ illud. Sz illud erat signum tñ. Hoc autẽ est figura et veritas. Sz nunquid est in reuerentia quia aliquis comedat corpus domini? Dicendum q̃ differt iste cibus ab alijs cibis: qz alij cibi conuertuntur in corpus nostrum. Unde si christus ita conuerteretur: irreuerentia esset. Sed non est sic imo econuerso: vt dicit Augustinus. Non tu me mutabis in te: sed tu mutaberis in me. Unde istud sacramentum finis et perfectio omnium est sacramentorum: et ratio est: quia esse quod est per essentiam: est finis et perfectio eorum que per participationem. Alia enim sacramenta christum continent per participationem: in isto autez est christus sm substantiaz. Ideo dicit Dionysius: q̃ nullum est sacramentum qđ non perficiatur in eucharistia. Unde si adultus baptizetur: debet ei dari Eucharistia. Debet ergo sumi in cibo vt veritas respondeat figure. Et quare non sub specie propria? Una ratio est: ratione meriti fidei: quia fides non habet meritum vbi humana ratio prebet experimentum. Itẽ vt parcatur sumentibus: quia non est consuetus q̃ caro humana comedatur. Itẽ vt defendatur a derisionibus infidelium. Et quare sub tali

Eusebio.

L

Heresis tollitur.

Dionysius.

talī specie: Quia voluit celebrari abomnib⁹ vbiq; terrarū: ideo volum⁹ dare mām que cōmunis est oibus. Cōmunis autez cibus est panis: z cōmunis potus hominum est vinum. vnde panis z vinū sunt cibus principalis: alia potius quasi edulia. Item in alys sacraméris in vnctione non quodcūq; oleuz accipitur: sed cōmune: qđ dicitur oleuz ex multis vuis. Sic vnitas ecclesie ex multis fidelibus. Et sic patet q; nostra sacraméta magis sunt antiqua q̄ sacramenta veteris legis. Quia sacraméta veteris legis habuerunt initium a Moyse z Aaron: sed sacraméta noue legis a Melchisedech: cui obtulit Abraā panem z vinum. Ideo dicitur Chr̄istus factus sacerdos ſm ordinem Melchisedech. ps. 109. Consequenter agit de benedictiōe. Et hec benedictio refert ad tria. Ad materiam: quia bñdixit fructum terre in quo significatur q; maledictio ade reuocata est per Chr̄m: quando dixit ei Gen. 4. Maledicta terra in labore tuo: spinas z̄c. Item refertur quantum ad illud qđ continebaſ in illo. s. Chr̄isto. Supra. 21. Benedictus qui venit in nomine domini. Item ad fructum sacramenti: ga per istuz benedicūtur fideles: z transit a capite ad mēbra. Prouer. 10. Benedictio dñi super caput iusti. Deinde tangitur fractio. Et fregit. Et tria figt. primo figt mysterium future passionis: ga in passione perforata sunt membra: ſm illud. ps. 21. Foderunt manus meas z pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea. Et hoc factuz est: quia ipse voluit. Esa. 53. Oblatus est ga ipse voluit. Item signatur q; frangatur ab vnitate in multitudinem. vnde figt incarnationem: ga cum ipsum dei verbum simplex esset: venit in istam multitudinem: non relinquendo simplicitatez. Itē signatur effectus quē in diuersos multit: ga ſm Aplm. j. Corinth. 12. Diuisiones gratiarum sunt: idez autem spiritus. Item ponitur distributio. Dedit discipulis suis. Eccl. 29. Ex bis que in manu habes: cōsiba singulos. Et dicit discipulis: ga nulli non baptizato debet dari hoc sacramentum: sicut non conficeret sacerdos nisi cōsecratus sit: nō debet alicui illud administrari nisi baptizato. Item non est dandum nisi fidelibus: imo infideles non debent admitti ad videndum istud sacramentum. vnde in primitiua ecclesia quando multi erāt catechumini recipiebāntur in ecclesia vsq; ad euangelium: z tunc expellebāntur. Item cum dicat q; discipulis suis. Queritur vtrum Judas ibi fuerit. Omnes dicunt q; simul dedit omnibus: z etiam Jude: z hoc vt eu⁹ sua benignitate a peccato reuocaret. Item vt daret ecclesie documentum vt dum esset occultus peccator: q; non prohiberetur a receptiōe hui⁹ sacramenti. Homines enī non habent iudicare de occultis. Hylarius hic dicit q; non fuit Judas: ga iaz exierat. Et vult probare per illud qđ dicitur in Joan. 13. Luz petierunt discipuli: quis est qui tradet te: Quibus dixit: cui tradidero bucellam intinctam z̄c. Ideo ostendit q; iam exierat. Sed magis tenendū est qđ alij dicunt. ¶ Et ait. Accipite z comedite z̄c.] Dic ponūtur verba. Et in istis verbis tria facit. primo hortatur ad recipiēdum. 2° ad comedendum. 3° denuntiat veritatem. Dicit. Accipite z̄c. Et qđ dicit accipite: ad spiritualem receptionez debz referri: ga non debet accipi nisi in fide z charitate. Joan. 6. Qui manducat carnem meam z bibit sanguinem meum in me manet z ego in eo. Item inducit ad comestionem. Comedite: non soluz spiritualiter: sed etiaz sacramentaliter. Cant. 5. Comedite z̄c. Itez designat veritatē.] Hoc est corpus meum.] Forma sacramenti continetur in bis verbis: que sunt verba dñi: ga in verbis dñi sacraméntuz conficitur. Unde si verbum Delie tantuz virtutem habuit q; faceret ignē de celo descēdere: multo magis verbum dei potest transmutare vnū corpus in aliud. Tūc queritur vtrum virtus sit in verbis. Et non est dubiū q; sic. Unde dicitur. ps. 67. Dedit voci sue vocem virtutis. Eccl. 8. Ubi sermo eius potestate plenus est. Unde sacerdos gerit in persona Chr̄isti: z non vtitur verbis in persona propria: sed in persona Chr̄ii. Sz que est hec virt⁹? Quo mō tanta est virtus: Ideo dicūt aliqui q; nulla est ibi virtus: sed potestas Chr̄ii soluz: que ibi assistit. Et hoc non videtur: ga sacramenta noue legis efficiunt qđ figurant. Sed quā virtutem habuit: Dicendum q; est causa agens principalis: z hec virtutem habet in se manentez. Item causa instrumētalis: z hec non operatur per virtutem in se manentez: sed ab alio transeuntez. Unde sacramenta sunt cause. non sicut cause principales: sed instrumentales ab alio transeūtes. Sed tunc queritur quid est de sacp. Utruz istud. Accipite z̄c. sit de forma sacramēti. Et dicendum qđ solum illud. Hoc est corpus meū: est de forma sacramenti. Unde intelligendū q; aliter est de sacramento hoc: z de alys sacramentis: ga ꝓfectio materie: aliquādo est de necessitate sacramenti. Aliquando non vt in baptismo consecratio materie non est de necessitate baptismi. Sed in vnctionibus nulla fit vnctio: nisi oleum benedicatur. In alys etiam sacramentis non percipit sacramentum in benedictione: sed in infusione: ga oleum z aqua cū sint inanimata: non continent grām. vnde cū gratia sit finis sacramenti non potest inferri nisi per susceptionem sacramenti. Sz in isto sacramento cōtinetur ille qui est plenitudo gratie: ideo non perficit in nobis: sed in cōsecratione materie. Unde dato q; nullus acciperet: non minus esset sacramentum. Unde vsus est ꝓsequens: z non est de necessitate. Unde in alys illud est de forma qđ pertinet ad vsuz: istud nō pertinet ad vsuz: sed ad materie sanctitatez. vnde istud qđ dicit. accipite z comedite: qđ pertinet ad vsuz: nō est de forma. Itez solet esse questio vtrū dñs consecerit sub bis verbis. Et videt q; non. ga dicitur ibi. Accepit panem z benedixit. ꝗ videt q; in benedictione consecrauerit: ideo dixerit alij q; nō consecrauit. primo verbis: sed spirituali virtute. Et hoc potuit facere ꝓpter virtutez excellentie: ga potest veritatem sacraméti sine sacraméto tradere: ga virtutem suā non alligauerat sacramētis. Unde hoc potuit facere per virtutē excellentie. Alij dicūt q; primo in occulto dixit: z post in publico. Melius dicit q; semel dixit z non bis: z in bis verbis cōsecrauit. Usi debet ita legi q; illud qđ dicitur. ait z̄c. referat ad precedentia. Unde sic dicēdo dixit. Hoc est corpus meuz. Dic queritur quid demōstrat hoc pronomē hoc. Et dixerunt quidam q; demōstrat non ad sensum sed ad intellectuz: ga non est nisi ad substātiam panis: z non est nisi ad significanduz. Unde sensus est: hoc est z̄c. idest signatū per hoc est corp⁹ meū. Et hoc non potest stare: ga sacramēta noue legis efficiūt qđ signant: nō nihil aliud facit nisi qđ signat: z signat corpus Chr̄i: z sic soluz est corpus Chr̄i sub signo. Alij dicūt q; ly hoc: demōstrat ipsam substātiaz corporis. Sz quo mō est hoc: Est ne statim corpus Chr̄i aut dicit B. Constat q; non: ga si moreretur sacerdos non esset cōsecratū nisi expleret. Ideo dicūt alij q; ly hoc: retardat suam significationez: z demōstrat illud qđ erit post prolationez istius verbi meuz. Istud etiaz non cōpetit: ga sic idez videretur dicere: ac si diceret: corpus meuz est corp⁹ meū z ideo non cōpetit. Alij dicunt q; verba proferūtur materialiter: nō signāt. Et hoc non pōt stare: ga dicit Augu. accedat verbuz ad elemēta: z fit sacramentū. Quid ergo dicēdū q; recitatiue dicūtur: z simul recitatiue z significatiue. Quare: Quia ipse loquitur in persona Chr̄i z peragit

Carthu.

Thomas.

Thomas.

Thomas.

M

Thomas. N

Augustinus.

ac si Chr̃s esset p̃sens: aliter verba nō accederēt ad propriaz materiā. Quid ergo? Dicenduz q̄ aliter est in verbis sacramētalibus: z verbis alys humanis: qa verbum humanum: est solū significatiuum: sed diuinum significatiuum z factiuū. Unde verba sacramētalia habent virtutem a virtute diuina. Unde simul dicit z ex virtute diuina facit. Ideo nō solū est illud verbū est signatiuū: sed etiam factiuum. Et p̄mo facit. z° sig̃t. In factione enī materiali ita est qō p̄existit aliqō cōmune in qualibz trāsmutatione: z illud cōmune est sub vno termino transmutatiōis: z in fine sub alio. Uerbi gra. ponatur q̄ de nigro fiat albus: in ista transmutatiōe erat corpus: sed in principio erat sub nigredine z post sub albedie. Unde quo ad aliquid est simile quo ad hoc. i. q̄ est aliqd cōmune. Sz dissimile qa non eodem modo: qa in alys transmutationibus materialibus cōmune est subiectum: z differēs forma. Dic autē est contrarium: qa cōmune est accidens: differēs est substātia. Unde substātia transmutatur: cōmune accidēs manet. Quid g̃ demōstrat hoc. Dicendum q̄ sensus est hoc est z̄. i. cōtentum sub accidēte, est corpus meum: vel hoc sit q̄ contentum sub accidentibus sit corpus meum. Unde in fine posuit nomē: sed in p̄ncipio pronomē: qō substātiam indeterminatam significat: sz p nomen forma determinata. Unde in p̄ncipio nō est forma: sed in fine. Sed quo mō est ibi corpus Chr̃isti. Una fuit opinio q̄ simul cū corpore Chr̃isti substātia panis manebat. Unde qō dicit, hoc est z̄. referur ad corp^m solum. Alij dicūt qō transit substātia panis in p̄iacēte materiam: z aduenit ibi corpus Chr̃isti p̄ter hoc q̄ substātia panis trāseat in corpus Chr̃i. Improbatur autē hoc sic. Quia sic videt q̄ aliquid incipiat esse vbi non p̄mo fuit: qō non potest esse nisi vel mutet fm locum: vel q̄ aliqd conuertatur in ipsum. Sicut si dicatur. hic non est ignis. Oz ergo post sit ibi, hoc non potest esse: nisi q̄ ibi aliunde apporteur: vel q̄ aliquid quod ibi sit: in ignez mutetur. Sed fm istam opinionez tollitur modus conuersionis. ergo non est nisi mutatio localis. Sz impossibile est idez corpus esse in diuersis locis. ideo z̄. Ideo aliter dicendum qō corpus incipit ibi esse: non per motum localem: sed per conuersionez alterius in ipsum. Et in ℔ manet forma: z transit subiectum. Unde mutatur subiectum in subiectum: qō est p̄ncipiuz individuationis: non pp hoc q̄ simul cuz substantia panis sit corpus Chr̃isti, vel annihiletur substantia panis. Sed per hoc q̄ transmutetur per conuersionem in ipsum. Sed qualiter poterit esse in taz paruo loco? Dicēdū q̄ aliquid est ibi de vi sacramenti: z istud ibi principaliter est. Aliquid ℞o p concomitantiam. Illud est ibi de vi sacramenti in qō terminatur conuersio. Et qa panis conuertitur in corpus Chr̃isti: illud qō signiatur: est corpus Chr̃isti: z non est sine anima: nec sine diuinitate: nec tamē panis conuertit̃ in animam vel diuinitatē: sed sunt ibi per concomitantiā. Usi si aliquis in triduo celebrasset cū alia esset separata a corpore: nō esset ibi anima. In pane enīz duo sunt. Substātia z accidentia. Accidentia manent: substātia transit. Illud ergo ibi est p̄ncipaliter in qō terminatur transmutatio. Sed terminatur in substātiaz. ergo substātia est p̄cipaliter: sed accidentia per cōcomitantiā. Dimensiones aūt sunt accidēria. Nec corpus Chr̃i in sacramēto comparatur ad locuz per dimensiones p̄priaz: sed per dimensiones panis p̄existentes. Itez fregit. Sed nūquid in qualibet parte est totuz corpus? Dico q̄ sic. Et debetis intelligere q̄ dicitur aliter esse in loco q̄ locatuz in loco: qa locatum comparat ad locū sub suis dimēsionibus: sed nō sic hic. Ideo notanduz q̄ vbicūq; est aliqua differentia quantitatis: nō facit differētiaz in substātia. Sz si sit aliquod sequēs quātitatem: diuiditur fm quātitatez. Sed alia non habet a quantitate suaz totalitatez accipere: sed hz suam totalitatem in qualibet parte. Unde corp^s Chr̃i non cōparatur ad corpus illud fm quantitatez: sed solū fm substātiaz: ideo sicut anima est in qualibet parte corporis: sic Chr̃s in qualibet p̄te hostie. Quid ergo erit de illis accidentibus. Dicendū q̄ manēt absq; subiecto ex virtute diuina. Et quo mō potest hoc esse: cū accidentia dependeant a substātia? Dicenduz q̄ deus est p̄ncipiuz essendi. Unde potest producere effectū separatū a subiecto z sine p̄ncipio. Ideo cuz p̄ncipiuz substantie sit cōseruare accidentia in cē: potest deus absq; suis p̄ncipijs conseruare. Si queris vtrū sit verum de omnibus accidētibus: dicenduz q̄ omnia accidentia referūtur ad substātiam mediantib^9 dimēsionibus. Unde quodā modo dīuiduant̃. ideo dimēsiones sunt sine subiecto. Sz qualitas in dimensionib^9 est vt in subiecto. Unde sensus est. hoc. i. contentuz sub his accidētibus que accidentia manent in dimēsionibus: qa substātia que p̄mo fuerat sub his accidētibus mutatur in corpus Chr̃isti.

¶ Et accipiens calicem gratias egit z dedit illis dicēs. Bibite ex hoc omnes. Hic est. n. sanguis meus noui testamenti: qui pro multis effundet̃ in remissionem peccatorū. Dico autem vobis: nō bibaz ām modo de hoc genimine vitis vsqz in diē illū: cuz illud bibaz vobiscū nouū in regno patris mei.

¶ Supra actū est de institutione noui sacramēti quantū ad sacramētuz corporis dñi: hic agitur de institutiōe eiusdem quantuz ad sacramētū sanguinis. Et circa hoc duo facit. p̄mo ponuntur facta Chr̃i. z° dicta. ibi [Bibite z̄.] Circa p̄mum tria facta ponūtur. p̄mo q̄ accepit calicez. z° q̄ gratias egit. 3° q̄ discipulis dedit. Unde dic̃. Et accipiens calicē z̄. Per qō signatuz est q̄ nō sunt istituiz q̄ agatur sub vna specie: sed sub duab^9. Et que est ratio huius: vna rō est: qa tria sunt in hoc sacramēto. Unū qō est sacramentū tm̄. aliud qō est res tm̄. aliud qō est sacramentum z res. Sacramentū tm̄/sunt species panis z vini. Res tm̄/est effectus spūalis. res z sacramētū/est corpus cōtentum. Si ergo cōsideremus sacramēturz tm̄. sic bene cōpetit vt corpus signet̃ sub specie panis. sanguis sub specie vini: qa signat̃ vt iudicans refectionem spūalem. Sed refectio est, ppie in cibo z potu. ideo z̄. Item si sumatur vt res z sacramentuz: ad hoc competit q̄ illō sacramentū est rememoratiuū dñice passionis: z nō potuit melius significare q̄z sic: vt significetur vt sanguis vt effusus z separatus a corpore. Itē quātuz ad id qō sumit̃ vt res tm̄: qa sanguis pertinet ad aiam: nō qa sanguis sit anima sed in sanguie vita conseruat̃, vnde sig̃tur qō cuz illud sacramētū sit ad salutē fidelium: q̄ panis offert̃ p salute corporis: sed sanguis pro salute aie. Sap. 9. Uenite comedite panem meū: z bibite vinū qō miscui vobis: qa refectio ista in pane z vino. Item alia ratio qa totus Chr̃s p̄tinet̃ in corpore. Que est ergo necessitas q̄ sanguis per se? Ideo est accipiendū qō dictum est supra. q̄ aliud est ibi ex vi sacramēti directe: aliud ex naturali cōcomitantia. Sub panis specie cōtinetur corpus Chr̃isti de vi sacramenti: sed sanguis per cōcomitantiaz. In sanguine ℞o ecōuerso: quia sanguis est de vi sacramenti: sz corpus per concomitantiā. Unde sanguine Chr̃isti effuso in terram, si fuisset celebratuz: non fuisset sanguis nisi seorsum. Ideo quia hec non intellexerunt quidam: dixe-

runt

runt q̄ forme iste continuantur. vnde dicunt q̄ cum consecratur corpus: non est ibi sanguis donec vinū fuerit cōsecratum. Sed hoc non est ita: ga si morerentur sacerdos anteqū consecraret vinum: esset in hostia ꝛ corpus ꝛ sanguis. Jtez dicit[Accipiens calicez]ꝛ non dicit accipiens vinum. Ideo quidaz dixerunt q̄ debebat fieri in aqua. Et hoc excluditur: ga sequitur. Non bibam de genimine vitis ꝛc. scdo ꝑz q̄ fuit vinum ꝛ aqua mistum. Et huius ratio est ex parte sacramēti: ga celebrandum est vt dñs instituit. Sed in terra calida cōtingendo est q̄ non bibatur vinum sine aqua: ideo non est credendum q̄ in puro vino consecerit. Competit ꝛ contento ga illud sacramēntū est rememoratiuū dñice passionis. Sed a latere Xpi exiuit sanguis ꝛ aqua: vt habet Jo. 19. Item ad significandum effectus. Et hoc duplr: quia istud significat memoriaz passionis Xpi. ergo inducit in nos effectū passionis Xpi. Effectus autez est duplex: abluere. ꝛ redimere. Redemit nos per sanguinem suuz. Apoc. 5. Redemisti nos deo in sanguine tuo. Item abluit sordes. Apoc. ꝑ°. Dilexit nos ꝛ lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Et hec erūt necessaria vt abluere ꝛ redimere. Et ablutio signatur per aquā: redemptio per vinum. Jté ꝑ aquā populus. Apoc. 17. Aque multe populus multus. Et per istud sacramentuz populus vnitur Xpō. ideo per istam admistionē signatur populus vniri Xpō. Sed quid fit de illa aqua. Dicunt aliqui q̄ manet. Alij dicunt q̄ conuertitur in vinum: ga cum ponatur paruz ſpecies mutatur: ꝛ ita totuz est cōuersum: ꝛ ita pertinet ad mysteriuz: quia in hoc vnitas ecclesiastica continetur. Item in hoc q̄ dicit. Accipiens, signatur q̄ voluntarie sustinuit passionez. vnde in ꝑa. 115. Calicem salutaris accipiaz ꝛc. Item gratias egit. Et de quo: De duobus. De signo ꝛ signato. De signo, ga de effectu. De signato ga de passiōe. In quo signatur q̄ non solum de bonis gratias reddere debem°: sed etiaz de malis ꝛ aduersis. ꝑme ad Thessal. 5. In oibus gratias agentes. Ad Rom. 8. Diligentibus deuz oia cooperantur in bonum. Item gratias egit de institutiōe huius sacramenti. ga virtute diuina hoc faciebat. Unde in Joāne. capᵒ. 5. A meipso facio nihil. Ideo gratias agit deo patri. Joā. 11. Gratias ago tibi, quoniaz audisti me. In quo datur nobis exemplum: q̄ si Xpūs gratias egit q̄ erat patri equalis: q̄ nos gratias agere debemus. Item gratias agit de effectu: ga effectus est salus totius mūdi. Et hoc non poterat facere nisi ex diuinitate. Joā. 6. Spiritus est qui viuificat: caro autem non prodest q̄cq̄. Sequitur. ¶ Et dedit.] Ut sumerent in sacramento. Et per hoc significauit, quia fructus siue passionis debebat per alios alijs ministrari. vnde Apostoli possunt comparari pullis aquile. de quibus dicitur Deut. 32. Sicut aquila prouocans pullos suos ad voladuz ꝛ super eos volitās.

Q Tunc inunxit vsum. Et ꝑmo ponit vsum. 2° verba consecrationis sanguinis. 3° resurrectionem prenunciat. Dic ergo[Bibite ꝛc.] Cant. ꝑmo. Bibite ꝛ inebriamini charissimi. vnde signat̄ q̄ christiani possunt cōmunicari loco ꝛ tempore. ¶ Hic est enim sanguis ꝛc.] Hec sunt verba consecrationis Et notate q̄ in his verbis est differentia inz hic quibus vtitur ecclesia. Ecclesia addit. Hic est calix. Item vbi dicit noui testamenti, ecclesia addit noui ꝛ eterni testamenti. Item vbi dicit qui pro multis, ecclesia addit: qui pro vobis ꝛc. Unde ergo ecclesia habet istam formam. Dicendum q̄ sicut dicit Diony. non fuit intentio euangelistaruz tradere formam sacramentoruz: sed eas tāq̄ secretas seruare. Unde non intendebāt nisi historiam narrare. Unde ergo habet ecclesia: A constitutione Apłoruz. Unde dixit Paulus ꝑ° Corinth. 11. Le-

Diony.

Quest.

tera cuz veniero disponaz. Sed est questio. Cur dic. Hoc est corpus meuz vel est sanguis. quare non dicit, hoc cōuertitur in corpus: aut in sanguinem ꝛc. Sed duplex est ratio. ꝑma est, ga forme sacramētoruz debēt signare q̄ efficiūt. Illud q̄ efficiunt est q̄ cōuertat̄ in corp° Xpi: sed vltimus effectus est q̄ fit corpus: ideo vltim° effectus signari debet: ideo dz signari q̄ hoc sit corp°: non autē q̄ conuertat̄ in corpus. In hac autez forma est aliquid simile cum veteri: aliquid dissimile. Silr in hoc fuit habet̄ Exo. 24. q̄ cuz legisset Moyses legem, immolauit vitulos ꝛ obtulit sanguinez ꝛ dixit. Hic est sanguis federis dñi. Sic iste sanguis oblatus est pro salute populi. Ad Heb. 9. dī. q̄ semel in anno pōtifex solus introibat non sine sanguine quez offert pro sua ꝛ populi ignorātia. Ostenditur autez differentia quantū ad q̄uor. ꝑmo in B q̄ sanguis ille est vitulorū, iste Xpi. Ideo iste est efficax ad remittendū. Ad Heb. 9. Si enī sanguis hircoꝝ ꝛ taurorū ꝛ cinis vitule conspersus inquinatos sanctificat ad emūdationez carnis: quāto magis sanguis Xpi emūdabit cōscientiaz nostraz ꝛc. Jtez ille dicebatur sanguis testamēti: sed iste dī testamētū. Jté accipit testamentū cōmuniter ꝛ ꝓprie. Cōiter pro quocūq̄ facto: ga ita solebat esse q̄ in omni facto adducebant testes. Ꝓpe dicitur testamentū quando aliq̄d legatur in morte: fm q̄ dicit Apłs q̄ testamentuz in morte testatoris firmatur. Utroq̄ modo cōpetit hic: ga pactio fuit ibi ꝛ fiebat sanguine: ga in confederatione pacis antiqtus ostendebant sanguinez: ideo dicebat̄ sanguis federis. Item fm q̄ ad mortuos dicit̄: sic erat q̄dam pactuz inter deuz ꝛ homines in veteri ꝛ in noua lege: sed differēter: quia ꝑmo de temporalibus. ſ. veteris legis: sicut patet q̄ promisit eis terraz amorreoꝝ: ideo fuit vetus: quia non inouabāt homines: sed magis inueterabantur. Istud autem testamētum est de celestibus ꝛ de supernis. Ideo supra. 4. Agite penitentiaz, appropinquabit enim regnum celorum. Ideo dicitur[noui testamēti] Ibi Xo dicebatur, hic est sanguis federis q̄ pepigit dñs vobiscum super cunctis sermonibus bis ꝛc. Hiere. 31. Feriā domui Israel ꝛ domui Juda fedus nouuz. [Unde hic est ꝛc.] idest dedicatus ad nouuz testamentum in quo debemus habere fiduciaz. Ad Heb. 10. Habemus fiduciam per sanguinem Xpi. Item pro morte competit. Et ga per mortez Xpi confirmata est repromissio. Jtez alia differentia: ga ista addit noui ꝛ eterni testamēti: q̄ potest referri vel ad hereditatem eternaz: vel ad Xpm qui eternus est. Alia differentia est ga in illa habetur: q̄ pepigi vobiscuz: vnde ad illos solum restrictum est illud testamentū: sed istud etiam ad gentes. Isa. 52. Ipse asperget. ſ. sanguine suo gētes multas ꝑ multis: ꝛ pro multis ꝛ pro omnibus: ga si consideretur sufficientia. j. Joā. 2°. Ipse est propitiatio ꝑ peccatis nostris ꝛ non pro nostris autez tm: sed ꝛ pro totius mundi. Sed si consideremus effectū non habet effectum nisi in bis qui saluantur: ꝛ hoc ex culpa hominū. Sed ecclesia addit pro vobis. 1. Apłis: quia ipsi ministri sunt huius sanguis: ꝛ per istos deriuatur ad gentes. Jtez ponitur[In remissionem peccatorum: ga ille non poterat remittere peccata. ¶ Dico autem vobis.] Hic ponitur consolatio fm Chrysō. ga fecerat mentionem de effusione sanguinis per quem signatur passio: ideo consolatur eos: et prenūciat gloriā suaz. Et potest quattuor modis expon. Exponit sic Chrysosto. q̄ dñs prenūciauerat passionem: ideo vult eos letificare. Non bibam āmodo de genimine vitis. ſ. de vino vsq̄ ꝛc. Hoc regnum appellat regnū resurrectionis: tūc accepit regnū nouuz. ſ. nouo modo. Q̄ post biberit cuz eis patet. Act. 10. Sed quare

R Chrysosto.

dicit/ nouo modo. Quia ante aliter comedit ꝛ post: quia ante comedit ex necessitate: sed post resurrectionem nō
Hiero. propter necessitatem: sed vt demonstraret resurrectionis veritatē. Hieron. dicit sic. q̄ per vineam signatur populus iudeorum. Esa. 5. Vinea dñi exercituū domus israel est. Hiere. 2. Ego plantaui te vineam electam omne semen verū. ¶ Dico aut̄ vobis q̄ amodo non bibā ꝛc. ¶ id est nō gaudebit anima mea de populo isto. ¶ Usq; in illum diem ꝛc nouus in regno patris mei. ¶ Regnum significat presentē ecclesiam: nouus. i. inuentus per fidem: q̄ tunc conuertentur: ꝛ tunc gaudebo cum eis. Multi enim
Remigius. sunt conuersi: ꝛ multi cōuertēdi. Remigius exponit sic. Et dicit q̄ hoc referendum est ad cerimonias paschales: id est non celebrabo decetero huiꝰ cerimonias vsq; ad
Augustinus. statum ecclesie: cū gaudebo de inuentione ecclesie. Aug. sic. In hoc q̄ dicit nouū opponitur veteri. Uetustas autem triplex pene ꝛ culpe: ꝛ hec deriuata est ab Adam vt habet ad Rom. 6. Chr̄us autem vetustatem habuit pene nō culpe. Uir suū simplus soluit nostrū duplū. Dicit g̃. non bibā de vetustate pene vsq; ꝛc. q̄ depositurus erat corp⁹ istū: ꝛ assumpsit in resurrectiōe corp⁹ glificatus. Et p̄mittit aplis q̄ ipsi et assumēt. Et signat q̄ nō sūt dui se nāe: q̄ corpus q̄ assumet erit eiusdē nāe: sz alteri⁹ glie.

¶ Et hymno dicto exierunt in montem oliueti. Tunc dicit illis Jesus. Oēs vos scandalum patiemini in me ista nocte. Scriptū est enim. Percutiam pastorez: ꝛ dispergēntur oues gregis. Postq̄ autem resurrexero: precedam vos in galileam. Respondēs autem Petrus ait illi. Et si omnes scandalizati fuerint in te: ego nunq̄ scandalizabor. Ait illi Jesus. Amen dico tibi: q̄ in hac nocte anteqū gallus cantet: ter me negabis. Ait illi Petrus. Etiaz si oportuerit me mori tecum: non te negabo. Similiter ꝛ omnes discipuli dixerunt. Tunc venit Jesus in villā que dicitur gethsemani. Et dixit discipulis suis. Sedete hic: donec vadam illuc ꝛ orez. Et assumpto Petro ꝛ duobus filijs Zebedei: cepit contristari: ꝛ mestus esse. Tūc ait illis. Tristis est anima mea vsq; ad mortez. Sustinete hic ꝛ vigilate mecum. Et p̄gressus pusillum: procidit in faciem suam orās ꝛ dicens. Pater mi: si possibile est transeat a me calix iste. Uerūtamen non sicut ego volo: sed sicut tu. Et venit ad discipulos suos: ꝛ inuenit eos dormientes: ꝛ dicit Petro. Sic nō potuistis vna hora vigilare mecū? Uigilate ꝛ orate: vt non intretis in tēptationem. Spiritus quidem promptus est: caro autem infirma. Iterum secūdo abijt: ꝛ orauit dicens. Pater mi: si non potest hic calix transire nisi bibam illum: fiat voluntas tua. ꝛ venit iterū: ꝛ inuenit eos dormiētes. Erāt enim oculi eorum grauati. Et relictis illis: iterum abijt ꝛ orauit tertio eūdem sermonē dicens. Tūc venit ad discipulos suos: ꝛ dicit illis. Dormite iā ꝛ requiescite. Ecce appropinquabit hora: ꝛ filius hois tradet in manus peccatorū. Surgite eamus. Ecce appropinquabit qui me tradet.

¶ Posita institutione noui sacramēti hic prenūciatur futurum scandalū discipulorū. Et primo premittur loc⁹. 2° prenūciano. ibi ¶ Et dixit illis. ¶ Et hoc competit p̄mittere ei qđ sequatur. Unde cuz vtroq; potest ordiari. Dic ergo ¶ Et hymno dicto. ¶ Per hoc exemplum duorum nobis datur q̄ p̄mo fuit cena ꝛ prandium materiale: post qđ gratias debemus reddere: ꝛ deum laudare. p̄s. 21. Edēt pauperes ꝛ saturabūtur ꝛ laudabunt dñm qui requirūt eum. Itez post istud fuit cena sacramentalis: postq̄ etiā debemus gratias agere. Uñ post illud hymnū dixit. vñ illud qđ post cōmunionem dicit in missa: repetitur istum hymnū: ideo fideles debent expectare vsq; ad finē misse vt hymnū istum audiant. Et hoc est q̄ Joan. 17. dicitur. Pater clarifica filiū tuū vt filius tuus clarificet te. Et hoc dicto ¶ exierūt in mōtem oliueti. ¶ Mons est oliueti pinguedinē significat: q̄ olive pingues sunt. vñ spiritualem pinguedinē signt. In Gen. 49. Pinguis panis eius ꝛc. Uñ signat pinguedinem gratie ꝛ glorie celestis in quā proficietur. p̄s. 67. Mons dñi mons pinguis: oleū membra fessa quietat: dolorez mit. gat: igm pabulū ꝛ claritatez p̄stat. Sic erit in illa gloria q̄ amouebitur ois labor, omnis dolor, omnis aderit claritas. Item q̄ dicat in monte oliueti cōuenit p̄nūciationi future. Per oleū mās signatur. Sicut enim supernatat alijs liquoribus sic misericordia. p̄s. 144. Miserationes eius sup oia opera eius. Iteꝝ in monte scandalū ostēditur: vt misericordia signet prona. Luz ceciderit iustus nō collidetur: q̄ dñs suppo nit manū suaz. p̄s. 36. ¶ Tunc dicit Omnes vos ꝛc. ¶ Dic ponitur scandalum. Et p̄mo in generali. 2° in speciali. ibi ¶ Respōdens ꝛc. ¶ Circa primuz duo facit. p̄mo prenunciat. 2° ne videat fortuitus/auctoritatē inducit. ibi ¶ Scriptum est ꝛc. ¶ Et in isto verbo aggrauatur peccatū discipulorum ex multis. p̄mo ex vniuersitate. ¶ Omnes vos. ¶ Esa. p̄. A plāta pedis vsq; ad verticē capitis nō est in eo sanitas ꝛc. Iteꝝ mā tangit ¶ Scādalum patiemini in me ¶ p̄me ad Corin. ¶ Nos p̄dicamus Chr̄m crucifixū: indeis quidem scādalum. Judei q̄ nō querebāt nisi infirmitatem carnis: scandalū passi sunt. Iteꝝ aggrauatur peccatum ap propinquatione tēporis: q̄ post tantas monitiones. post sacramēti susceptionez. Uñ tuz oblit⁹ erant que fecerat eis: vñ bene cōparati sunt viro considerāti vultū nativitatis sue in speculo cōsideranti ꝛ abuerat statim oblit⁹ est qualis fuerit. Jac. p̄. Iteꝝ q̄ in nocte: q̄ qui ebrij sunt ꝛ q̄ dormiūt dormiūt. p̄⁹ ad Thessal. 5. Sic etiam q̄ scādaliçātur. Tūc subiungit auctoritatem. ¶ Scriptū est enim. Percutiaz pastorem/ ꝛ dispergēntur oues ¶ Et scribitur Zach. 13. Et dicitur ibi. Percute pastorē. ſ. Chr̄m ꝛc. Dic autem dī percutiaz. Et satis conuenienter: q̄ ppheta desiderabat q̄ istud fieret: ideo dixit. percute ꝛc. Sz Chr̄s in ppria persona loquitur: ꝛ in isto dic prenūciat primo passionē Chr̄sti 2° scādaluz. cum dicit. ¶ Percutiam pastorem ¶ Iste pastor est Chr̄s. Jo. 10. Ego sum pastor bonus. Et p⁹ Pe. 2. Conuersi estis ad pastorem ꝛ episcopum animarū vestrarū. Et iste pertinus est: q̄ deus tradidit eū/ q̄ ppio filio non pepcit. Ro. 8 Et hoc ppter peccā nra. Esa. 53. Propter scelus ppli mei percussi eū. Item p̄nūciat scandaluz ¶ Et dispergēntur oues ¶ Oues sunt fideles. Jo. 10. Oues mee voce mea audiunt. Et sic deus passus

est vt

est vt dispergerẽtur: vt post cõgregaret ꝑa. 146. Dispersiones israelis cõgregabit. Et Jo. Alias oues habeo que non sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere. Tunc prenunciat gaudia resurrectionis. ¶ Postq̃ autẽ resurrexero precedaz vos in galileã: ¶ qa is pater resuscitauerit eum: sicut alibi dicitur Act. 2°. Quem deus suscitauit solutis doloribus inferni: tamẽ propria virtute surrexit: qa virtus patris est virtus filij. 2. ad Corinth. vltimo. Sed si crucifixus est ꝓpter infirmitatem nostram viuit: tamẽ ex virtute dei. Item contra illud qđ dixerat q̃ dispergẽtur oues dicit. ¶ Precedam vos ꝛc. ¶ Oues enĩ sequuntur pastorem. vnde pastor congregat vocando eas nominatim. Ideo dicit precedam. Uel potest referri ad illud qđ dixit. Postq̃ resurrexero: qa possent alĩ credere q̃ multuz esset tempus vsq; ad resurrectionem suam: ideo dixit q̃ non multum: qa ¶ precedã vos ꝛc. ¶ Consuetudo erat q̃ parum morarẽt in iudea: sed cito transibat in galileam. Uult ergo dicere. ante resurgam q̃ possitis venire in galileam: vt ostenderet se esse illum qui apparebat eis: ideo satis potuerunt certificari. Item qđ dicit q̃ ꝓcederet scandalum dat: qa in iudea persecutionem patiebãtur: ideo dicit q̃ precedet in galileaz vt removeat eos a timore. Et dicit Chrysosto. q̃ non est intelligendũ q̃ primo apparuerit in galilea. Sed hic apparuit: sed nõ primo in hierusalem. Quare ergo magis dicit in galileam. Galilea interpretatur transmigratio. vnde significatur q̃ per resurrectionem transibimus a vita mortali ad imortalez. Et in ista nos precessit: qa Chris est primitie dormientiuz. Item signatur trãsmigratio discipulorũ ad gẽtes. Et in ꝑticulari Chris precessit corda mouẽdo. ¶ Respondens autem Petrus. ¶ Dic ponitur prenũciatio de scandalo Petri. Et ꝓmo ponitur occasio. 2° ꝓnũciatio. 3° excusatio. 2° ibi ¶ Ait ei Jesus ꝛc. ¶ 3ª ibi ¶ Ait ei Petrus ꝛc. ¶ Dic est questio literalis qa videtur q̃ Petrus hoc dixerit postq̃ recessissent de cenaculo: sed Luc. 22. videt dicere q̃ antequã recessissent: et huic consonat. Joã. 13. Augu. soluit q̃ Petrus hoc ter dixit. Et sic concordant oẽs ꝛc. qa si consideremus narrationem ex pluribus causis hoc dicit. Dic motus fuit ex hoc q̃ scandalum prenunciauit. Luc. 22. dixerat dñs. Ego p te rogaui Petre vt nõ deficiat fides tua. Et nunc dixit Petrus. Dñe tecum paratus sum et in carcerẽ et in mortẽ ire. Sed in Joã. dictũ est alia de causa: qa Jo. 13. dixit dñs. quo ego vado vos nõ potestis venire modo. Tunc dixit Petrus: animam meam ponã pro te. Ideo ter dixit. Ideo põt esse q̃ bis dixerat in cenaculo: sed semel dixit extra: sicut hic dicit. Et potest cẽ q̃ ex feruore dicebat: et nõ ꝑsiderabat virtutes suas. Uel in tribus deliquit. ꝓmo qa non plus dño credidit q̃ sibi: cum tamẽ scriptum sit. Ad Ro. 3. Solus deus verax: omis homo mendax. Item qa prelulit se aliis. Uñ dixit. ¶ Et si omnes scãdalizati fuerint in te ego nũq̃ scãdalizabor. ¶ Uñ reputabat se aliis firmiorez: et incidit in illud qđ dr Luc. 18. Nõ sum sicut ceteri hominuz ꝛc. Item qa attribuebat sibi qđ nõ debebat: cũ scriptũ sit. Jo. 14. Sine me nihil potestis facere. Quia ergo arrogãter locutus est: ideo magis permisit eũ cadere. Et hoc facit deus: qa multum odit deus superbiã. Job. 40. Et respiciens oẽm arrogantez, humiliat. ¶ Ait illi Jesus. Amẽ dico tibi ꝛc. ¶ qa putare poteras q̃ dicerem cõminatoriz: ideo dico tibi amen: idest corde tibi dico ¶ qa antequã gallus in hac nocte cantet ter me negabis. ¶ Et aggravatur eius culpa ex ꝓpinquitate temporis: qa in hac nocte. Item ex multitudine: qz ter, sicut ter presumpserat: ita ter negauit post ꝓmptionem. Job. 21. Si letatũ est in absc̃dito cor meum. Sed q̃stio est de hoc. Antequã gallus cantet ꝛc. Quia in Marco 14. habetur. q̃ antequã gallus bis vocem dederit. Scẽ in Augu. potest solui q̃ sm̃ historiam: verum est q̃ Marcus dicit. Et qđ Matth. dicit potest sic solui: q̃ homo dicitur facere quãdo facit in proposito: sicut supra. 5. Qui viderit mulierem ad concupiscendam eaz iam mechatus est eam in corde suo. Sic Petrus in suo ꝓposito negauit ter vel etiam pluries: ex quo timorem concepit qđ sufficiens erat ad negandum ter vel pluries: ideo dicit q̃ ter negauit: qa iam conceperat se ter vel pluries negaturam. Unde Matth. dixit. q̃ interius intendebat. Sed Marcus qđ exterius gessit. Uel potest aliter dici q̃ dicendo. quãdo ego faciam illud infra tale tempus: tũc nõ oportet q̃ in illo factum sit: sed sufficit q̃ inceptũ fuerit. Uñ qđ dixit q̃ ter esset negaturus: non oportebat q̃ ali galli cantum completum esset: sed inchoatum. ¶ Begẽ excusatio Petri. ¶ Ait ei Petrus ꝛc. ¶ Excusat se Petrus: ¶ qa si oportuerit me mori tecũ: non te negabo ¶ Et tamẽ timuit: quia ad vocem ancille negauit. Hieron. dicit. q̃ nescuit quid diceret: qa solus Christus moriturus erat: vt solus cẽt redemptor. Esa. 63. Torcular calcaui solus. Deinde ponit affirmationem. aliorum. ¶ Similr ꝛ oẽs discipuli dixerunt. ¶ Unde dixerunt sicut ꝛ Petrus: tamen aly meliorem causaz habebãt q̃ Petrus se excusandi: quia aly sine assertione. ¶ Tũc venit Jesus ꝛc. ¶ In ista parte ponitur preparatio que est per orationem. Et tria facit. ꝓmo proponitur propositum orandi. 2° necessitas orandi. 3° differẽtia. 2° ibi ¶ Et assumpsit ꝛc. ¶ 3ª ibi ¶ Et progressus ꝛc. ¶ Circa primuz duo facit. ꝓmo ponitur locus. 2° prenũciat propositum. Et dixit. Dicit ergo ¶ Tunc venit ꝛc. ¶ Contrarium videtur qđ dicit in Jo. 18. q̃ egressus Jesus venit trans torrentem cedron. Unde notandz q̃ villa illa erat in pede montis olyueti. Unde idez erat locus: et veniebat ibi post cenaz quasi ad spatiandũ. Tũc prenũciat propositũ orãdi ¶ Et dixit discipulis suis. Sedete hic, donec vadaz illuc et orem ¶ Simile habet Hen. 22. Dixit Abraam ad pueros suos. Expectate hic cũ asino: et ego et puer illuc vsq; ꝛc. Sed hic mouet Dam. questionem. Oratio est ascensus in deum. Intellectus autez Chri ꝑfectus erat deo. Quo mõ ergo indigebat. Deo erat qui faciebat. Uñ dicat q̃ ipse orabat nõ ꝓpter se sed ꝓp nostraz vtilitatẽ. Et hec duplex est: qa orauit vt daret nobis exẽpluz: vt in tribulatione recurramus ad dñm. ꝑs. 119. Ad dñm cum tribularer clamaui. Item vt ostenderet se esse ab alio: et qđ ab alio habebat. Uñ dicit. Nõ pot filius a seipso facere quicq̃. Et Jo. 8. Ego a meipso facio nihil. Item ad excludẽdum errorẽ: qa dicebãt aliq̃ q̃ nõ cẽt eadem virtus patris et filij. Jo. 8. Ego honorifico patrez meum. Dat ergo exẽplum orãdi: et quo mõ fit orandum. Prima enĩ conditio orationis est: qa debet esse humilis oratio. Qđ signatur: qa fuit in vallem. Judith. 9. Humiliuz et mãsuetorum semper tibi placuit deprecatio. Item debz esse deuota. Uñ in getsemani. Sin villa pinguedis. ꝑs. 62. Sicut adipe et pinguedine repleatur ala mea. Item q̃ sit solitaria. Sicut supra. 6. Intra in cubiculũ tuum et clauso ostio ora patrẽ tuum ꝛc. ¶ Et assumpto Petro et duobus filijs Zebedei. ¶ Dic ꝓnũciat necessitatem orationis. Et hec erat tristitia. Et ꝓmo ponit testes tristitie. 2° ostendit tristitiam. 3° repellit. 2ª ibi ¶ Cepit cõtristari ꝛc. ¶ 3ª ibi ¶ Sustinete ꝛc. ¶ Dicit ĝ. Et assumpto Petro ꝛc. ¶ Tres secum assumpsit. Et quare istos ꝓ alijs: Una rõ quia isti firmiores erãt: et qa omnes scandalizabat ifirmitas. Ideo magis istis infirmitatem suaz voluit mõstrare q̃ alijs. Item ostẽderat eis gloriam: ideo volebat q̃ sic viderent gloriam: ita viderent infirmitatẽ: vt cognoscerẽt q̃ nec ifirmitas gloriã: nec gloria ab ea haberet infirmita-

Augustinus.

Hieronym°.

Chrysosto.

V

T

Obtanio.

Matthio.

Augustinus.

Matthio. Damascen°.

Error quorũdã eluditur.

Ꝛditiones orationis.

Matthio.

tem. ¶ Sequitur ostensio infirmitatis: & primo facto. 2° verbo. Et sm hoc tria facit. Quia primo dicit sm que Christus tristatus est. 2° quare tristatus est. 3° quo mō tristat⁹ fit. Quo ad primū cepit contristari & mestus esse. | Dic

Duo errores soluunt. cendi sunt duo errores: ga quidam dixerant q̄ tristatus est sm diuinitatem. Et hoc non potest cē: quia tristatus est: quia possibilis erat. Sed diuinitas non erat passibilis. Item opinio Arrianorum alīs Eunomy erat q̄ in Christo non erat anima sed verbum loco anime. Et quare hoc dicebat: Ut omnia que ad defectū pertinēt ad verbum referrentur: vt ostenderet minor patre. Et hoc falsum est. Ideo passius est sm q̄ pati potuit sm animam. | Tūc ait illis. Tristis est anima mea usq; ad mortē &c. |

Excludit error Arrij & Apollinaris & Eutichet. Nō dicit ego sum tristis: ga ego est ostentiuum persone: sed nō tristabatur inquātum verbum sed sm aiam: ideo excluditur error Arrij & Apollinaris. Item Manichei qui ponit eum nō vere passum. Unde patet sm quid tristatus est. Et quare tristatus est: Diuersa sunt Alba scripta: ga Hyla. & multi alij dixerunt q̄ non tristatus est propter semet: nec propter mortem sui: sed propter scādalum discipulorum. Et hoc vult probare p hoc q̄ assumpsit eos. Dam. dicit q̄ tristabatur pro seipso. Et quare: Quia tristitia in est ex hoc q̄ caremus eo q̄ naturaliter amamus. Alia naturaliter vult vniri corpori: & istud fuit in aia Chri: ga comedit & bibit & esurijt. Ergo separatio erat contra naturale desiderium. Ergo separari erat ei triste. Tū possim⁹ intelligere q̄ aliquid inest anime sm se: & aliqd inest anime per comparationem ad aliud: sicut amara potio sm se considerata, dolorosa est: sed relata ad finē nostre salutis: est causa gaudij. Sicut aliqd est rōnis vt natura est: & aliquid rōnis inquātū ratio. Sic ista mors Chri erat materia tristitie sm q̄ psiderat sm se: sed sm q̄ referebat ad rōnem referendo ad finem: sic gaudebat. Ideo Alba Hyla. & Dionys. intelligūtur referendo ad finem. Item

Ruffin. queritur quo tristitia cadit in Chm. Ideo notandum q̄ quādoq; tristitia accidit sm passionem: aliquādo sm passionē. Scōm passionē, quādo aliquid patitur & immutatur. Sed quādo patitur & non immutatur: tunc dr̄ ppassionem. Sed quādoq; hō sunt in nobis, ita q̄ rō immutatur: & tunc passiones sunt cōplete. Quādo autē ratio nō immutata: tūc est propassio. Sz in Chro nūq; fuit rō immutata: ideo fuit propassio & nō passio. Unde signanter dicit

Augustinus. euangelista. Cepit tristari. Item dicit Aug. q̄ nos habemus tristitiam vt cōtractam. Chs autē vt assumptam. Illud enī contrahitur qō nascendo per originē habet. Sz Christus assumpsit nām nostram vt voluit: ideo nō fuit necessitas q̄ passibilitatem acciperet: vt tristitiā: sz a voluntate. Item notādum qō dicit Dama. ga in nobis motus actionum preuenit rationem: ga aliquando est in nobis passio: & aliquando ppassio: in Christo autē non fuit nisi propassio: & nūq; fuit in Chro q̄ motus insurgeret in inferioribus viribus anime: imo superant totaliter inferiores vires rationi. Et quando volebat permittebat agere inferiores vires sm q̄ eis erat naturale. Ideo alius euangelista dixit q̄ turbauit seipsum: ga isti motus nō potuissent accidisse nisi sm q̄ volunt. ¶ Tūc ait illis. Tristis est &c. | Notate q̄ dicit usq; ad mortem per quā satisfaciam pro isto scandalo & pro alijs. Uel sm aliam expositionem. Nō credatis q̄ in perpetuum debebat durare: ga q̄diu corpus erit passibile: & hoc est usq; ad mortem tristis est anima mea: & nūc glorificabit. Deide excludit alios. ¶ Sustinete hic & vigilate mecū. Et pgressus pusillum, pcidit in faciē suam orans: & dicens. | Supra tetigit cām tristitie: hic autē agit de ordine orationis Christi. Et ga ter orauit ideo diuiditur hec pars in tres ptes scp

Supra euangelista narrauit q̄ passus est christus a iudeis. Dic narrat q̄ passus est a gentilibus. Et quatuor facit. Prio tangit quomodo traditus est gentilibus. 2° quomodo examinatur. 3° quomodo cōdemnatur. 4° quomodo patitur. 2ª ibi. Jesus autem stetit &c. 3ª ibi. Per diem solēnez &c. 4ª ibi. Tunc milites &c. Circa primum duo. Primo narrat de assignatione qua traditus est in manibus gentilium. 2° de motu & peccato traditoris. ibi. Tunc videns iudas &c. Circa primum tria. Primo motiuum assignat. 2° modum. 3° factum. Causa fuit consilium habitū de morte: & hm hoc tria tangit ex quibus aggrauatur eoꝝ peccatum. Primo ex solicitudine. Et hoc tangit cum dicit. Mane aūt facto &c. Quia cum tota nocte solliciti essent in illusione: vt mane conuenerunt. Unde bene soliciti erant. Job. 24. Mane primo consurgit homicida. Item aggrauatur ex cōmunitate: quia omnes principes. Si enim vnus vel duo excusabile esset. Sed omnes conuenerunt. Esa. p°. A planta pedis vsq̄ ad verticem non est in eo sanitas. Ideo dicit. Omnes principes. Eccl. xj. Filii hominis bi sūt viri q̄ cogitant iniquitatem: & tractat consilium pessimum. Item ex crudelitate: quia multa alia cogitare potuerant: sed cogitabant quomodo eum morti traderent. Prouerb. p°. Pedes eorum ad malum currūt & festinant vt effundāt sanguinem. Sed quomodo? Vinctum adduxerunt. Hoc erat consuetudo q̄ tales vinci adducerētur: & signa

rentur morti condémati. Et signauit q̄ sicut mortem nostram morte destruxit: sic vincula peccatorum: vinculis suis destruxit. ⁊ Et tradiderunt pontio pylato. ⁊ Et quare? Triplex est ratio. Una literalis erat: quia vicarius erat Imperatoris: ⁊ iudei non habebant iudiciu sanguinis. Propter q̄ dicunt in Jo.19. Nobis non licz interficere quēquam. Item ex intentione ipsorum. Ipsi enim nolebant occulte iterficere sed manifeste: vt fama diuulgaretur fm q̄ habetur Sap̄.2. Morte turpissima condemnemus eum. 3ª causa est: quia pro omnibus voluit mori: ideo voluit vt omnes congregarētur tam iudei q̄ gentiles: ita q̄ impletum est illud ps.2. Astiterunt reges terre ⁊c. ¶ Tunc videns iudas qui eū tradidit q̄ damnatus esset ⁊c. ⁊ Dic agitur de penitentia ⁊ morte Jude. Et circa hoc duo facit. Primo narrat de proditione. 2° quid factum sit de pretio. ibi ⁊ Principes autem ⁊c. ⁊ Circa primum. Primo agitur de penitentia. 2° de desperatione. ibi ⁊ Et proiectis ⁊c. ⁊ Circa primum tria facit. Primo ponitur motuum. 2° penitentia. 3° effectus. Motuum. ⁊ Tunc videns q̄ damnatus esset ⁊c. ⁊ Potuit eē q̄ credidit iudas quando vendidit eum, q̄ non occideret: sed q̄ flagellaretur. Ideo videns q̄ damnatus esset: penituit. Sed est questio quando traditus fuit presidi quo modo videre potuit q̄ esset damnatus. Dicit Hieron. dicit. q̄ hoc vidit oculo mentis: quia ex quo vidit q̄ a iudeis dānatus erat ⁊ traditus Pilato cogitauit q̄ Pilatus iudicaret ad voluntatem eorū. Unde quidā. Origenes dixit q̄ quidam dixerunt. Videns iudas q̄ esset damnatus. ⁊ ipse iudas: ex isto motus fuit ad pniam. Unde ⁊ penitētia ductus retulit ⁊c. ⁊ Et hec penitentia non fuit vera penitentia. Habuit tamen aliquid penitentie: q̄ penitentia ōbet esse media inter spem ⁊ timorem. Judas autem timore ⁊ dolore quidem habuit: q̄ de peccato preterito doluit. Sed spem non habuit. Et talis est penitentia impioꝝ. Sap̄.5. Penitentiam agētes ⁊ p̄ angustia spiritus gemētes. Et quare ductus penitētia? Notandū q̄ dicit Origenes. Q̄ aliquādo accidit q̄ diabolus impellit hoiem ad peccandum: aliquando homo. Sed aliter ⁊ aliter: q̄ homo vt libidinem compleat: diabolus vt perdat. Et si diabolus imisit non habuit ex creatione: ⁊ ideo penitere potuit. Et hoc est contra Manichēos qui dicunt q̄ duplex est creatio bona ⁊ mala. Et qui sunt de creatione mala: non possunt bene agere ⁊ conuerti. Et fm eos iudas fuit de creatione mala. Quomodo ergo potuit penitere. Dicit g̃ q̄ hoc q̄ desperauit non fuit nisi q̄ negligens fuit. Sequitur effectus. Effectus penitentie est vt peccator studeat emendare. Peccauerat: quia vendiderat christum: fecerat enim q̄ in se crat: ideo ⁊ triginta denarios retulit. ⁊ Et pmo ponitur retractatio. 2° penitentia. ibi ⁊ Peccaui ⁊c. ⁊ Retulit ergo ⁊c. ⁊ Et in hoc retractauit dicēs. ⁊ Peccaui ⁊ idest vere deliqui. In hoc autem q̄ dicit ⁊ tradens sanguinem iustum: ⁊ si bene dicit nō complete tamē: q̄ potest retorqueri ad hominem iustū. Unde Hier.26. Si occideritis me: sanguinē innocentem tradetis vos metipsos. Unde dicit Hieron. Q̄ si rectam fidez habuisset: non desperasset. Debuit n. dicere: tradens deus. In hoc ergo q̄ dixit. ⁊ Tradens sanguinem iustum ⁊ mentitus est q̄ testatur: ⁊ ostendit se non habere rectam fidez. Tūc ponitur iudeoꝝ obstinatio. ⁊ At illi dixerūt. Quid ad nos? ⁊ Iste iustum confitebatur: ⁊ tamē dicunt. ⁊ Quid ad nos ⁊ Hier.8. Populus meus non cognouit iudicium domini. ⁊ Tu videris ⁊ i. non sequimur conscientiam tuā. Remigius. Remigius. Quid ad nos? Tu primo vendidisti: ⁊ post iustum confiteris. Quis videris apud nos qui ita mutas sniam. Mutare n. de malo in bonū: bonum est de malo autem in malum: malum Eccl.27. Justus in eternum stat: iustus autez vt luna mutatur. ¶ Tunc ponitur de desperatio. Desperatus enim: de bonis temporalib⁹ nihil curat. Et sic facit iste: quia ⁊ proiectis argēteis ⁊c. ⁊ Non habuit curam de pecunia: ⁊ ⁊ abiens laqueo se suspēdit. ⁊ Unde habetur Act.1. Q̄ suspendit se ⁊ crepuit per medium. Et quare? Dicit Orige. q̄ accidit q̄ diabolus precipitat aliquē in peccatum: ⁊ iz det spatium: tamen vult precipitare in aliud. Et hoc caueri voluit Apostolus dicens. 2ª Cor.2. Ne forte abundantiore tristitia absorbeat qui eiusmodi est Sic iudas ad tamē absolutionē venit: q̄ abiens ⁊c. ps.68. Neque absorbeat me profundum ⁊c. Orige. narrat opinionē quorūdam dicentiū q̄ q̄ iudas audierat log ō resurrectione. Jdeo credebat christo occurrere: ⁊ ideo laqueo se suspendit. Querit Augu. quādo hoc fuit: Quia si velimus considerare vix inuenietur tempus ante passionem quo istud acciderit: q̄ principes occupati fuerūt tota die circa mortem christi. Item in sequēti die sabbatum fuit: ⁊ non recepissent ipso die pecuniā. Jdeo videt Augu. velle q̄ istud fuit post resurrectionez. Tñ potest dici q̄ ⁊ si aliqui ad Pilatum accesserant ⁊ morti vacabant christi: nō aliqui in templo remanserūt: ⁊ hic tradidit Judas.30. denarios. ⁊ Principes aūt ⁊c. ⁊ Ostēdit quid fuerit de pecunia inde factū. Et primo dicitur quomodo excluditur a corbona. 2° in quid expensa fuit dicit. Dicit ergo. ⁊ Principes aūt sacerdotum acceptis argēteis ⁊c. Non licet ⁊c. ⁊ Notandum q̄ in corbonā ponebatur oblatio granficationis: vel donum gratie. Unde quedam erant voluntaria que offerebantur: alia ex debito. Voluntaria in corbonā mittebantur: alia ℞o alibi. Eccl.34. Dona iniquoꝝ non probat altissimus. Non licet ergo ponere in corbonam: q̄ pretium sanguinis est. Et in hoc verificatur verbū domini supra.23. Transglutientes camelum ⁊ excolentes calicem. Nolebant hanc pecuniā mittere in corbonam: sed de morte filij dei bene tractabant. Tunc narrat qd inde factū est. Et dicit primo factus. 2° quid inde fit factū. Dicit ⁊ consilio aūt inito. ⁊ Quare hoc fecerunt: Dicendus q̄ deus sic procurauit vt istud factū in memoria haberetur. Unde ⁊ emerunt agrum figuli in sepulturā peregrinoꝝ: ⁊ non eorum qui erant de patria: sed alienoꝝ. Scōm mysteriū congruit: q̄ per sanguinez christi accelerabatur non solū iustificatio: sed quies mortis. Apoc.14. Amodo iam dicit spiritus: vt requiescant a laboribus suis. Uel potest esse q̄ peregrini sunt qui non habent ibi mansionem propriam. ps.119. Heu mihi: q̄ incolatus meus prolongatus est. Isti autem consepeliuntur christo. Aplus Ro.6. Consepulti estis christo. Ager iste: sancta ecclesia est. Unde supra.13. Simile est regnū celorum thesauro abscondito in agro ⁊c. Iste figulus est christus. Unde dī Hier.18. Sicut lutum in manu figuli sic ⁊ vos domus israel in manu mea ⁊c. Tunc ponit confirmatio facti. Et p̄ ex nomine. ⁊ Propter hoc vocat⁹ est ager ille Acheldemach: hoc est ager sanguinis vsq̄ ⁊c. ⁊ scilz vsq̄ ad illud tempus in quo scriptum est istud euāgelium. Tunc confirmat ex auctoritate. ¶ Tunc adimpletum est ⁊c. ⁊ Sed est questio quare dicit ⁊ per Hieremiam ppheta dicentem: ⁊ quia verba fm q̄ ibi iacent non sūt scripta in tota sacra scriptura. Tamen simile habetur Za:ℏ.xj. Appenderunt.30. argenteis ⁊c. Est ergo questio quare ponit per Hiere. cum dictum sit p Zach. Augu. dicit. Q̄ alicubi inueniatur scriptum p ppheta: ⁊ non p Hier. Tñ videt q̄ ille sit Hiere. Sicut hī in litera. Hieron. Tangit solutionē q̄ pphete scripserunt aliquos libros qui canonizati sunt apō iudeos. Unde aliq̄ sunt libri prophetaꝝ qui non sunt in canone biblie: sicut

Euthio. Hieronym⁹. Origenes. Origenes. Euthio. Augustinus. Origenes. Hieronym⁹. Euthio. Augustinus. Hieronym⁹.

B

iudas nominat quedam in canonica sua: et etiam apostoli omnes istos receperunt. Unde dicit q̄ quadraginta argenteos accepit ei librum Iere. vbi ista verba scripta erant verbo ad verbum: et euangelista scripsit sm q̄ in apocripho inuenit. Aug. soluit. Contingere aliquando q̄ volens exprimere nomen vnius auctoris: occurrit nomen alterius: nō potest esse q̄ cum vellet scribere Zach̄. scriberet Iheremiam. Sed multi erant tunc iudei qui legem nouerant. Quare non correxerunt: Quia cogitauerunt q̄ diuinitus esset dictum: quia a spiritu sancto omnes prophete locuti sunt: et non habent efficaciam verba prophete nisi a spiritu sancto: ideo vt insinuarent hoc mysterium non correxerunt. Alia solutio quā innuit est q̄ ista non sint verba Iheremie: tamen est ibi quoddam factum simile: vt habetur Iere. xxxii. Qui recepit mandatum q̄ emeret agrū. Uel spiritus sanctus sic mouit Matheum ad idem factum: sicut mouit Iheremiam. Sed si volumus accipere verba Hieron. in libro de optimo genere interpretationis: qui dicit q̄ christi pedissequus non incurrit aliquam notam falsitatis. Officium est enim boni interpretis nō considerare verba: sed sensum. Ideo iste posuit sensum quorūdam scriptorum in Iheremia: quorūdam in Zach̄. Sicut habetur in Marco: q̄ ponit auctoritatem Ysaie. Cuius vna pars est Malac. alia Ysaie: sic et Matth̄. cōiunxit duas sententias: quarum vna a Zach̄. altera a Iere. ponitur cap̄. xxvii. Qd̄ enim est in Zacha. s. q̄ appenderunt. i. acceperunt. xxx. argenteos: in Iere. non inuenitur: sed q̄ agrum emit: qd̄ signabat factum toti populo. [Si aut constituit mihi dominus.] Hoc expresse habetur ex eo qd̄ precepit Iere. Ubi supra q̄ agrum emeret. Ideo sm primam ptem: in Zach̄. habet: sm secundam in Iheremiam. (C [Jesus autem stetit ante presidem.] Et interrogauit eum ꝛc̄. Supra enarrauit euangelista quomodo dominus assignatus est in manu gentium. Dic autē agit de examinatione. Et circa hoc tria facit. Primo narrat quomodo ante terrenum iudicem sistitur. 2° quomodo examinatur. 3° quomodo accusatur. Dicit ergo. Ita dictum est de iuda cum tradidisset presidi Jesum. [Jesus ergo stetit ante presidem: idest tanq̄ reus et accusandus. Iere. xxxvi. Causa autem tua ꝛc̄. Per hoc enim meruit vt fieret iudex viuorum et mortuorum. (C Tunc sequit̄ examinatio. Et primo ponitur interrogatio. 2° responsio. ibi [Et interrogauit eum ꝛc̄.] Pontifices in multis accusabant eum. s. de subuersione legis: et quia regem se dicebat. Unde Pilatus non curauit querere de transgressione legis: sed potius de eo q̄ videbatur tangere lesionem maiestatis. s. [tu es Rex iudeorum:] quia Jo. xix. habet̄. Omnis qui se regem facit contradicit Cesari. Tunc sequitur responsio. [Dicit ei Jesus. Tu dicis.] Dicit Hieron. Ex Christus sic moderat̄ sermonem suum q̄ non affirmat nec negat: sed dicit. Tu dicis. Prouerb. xvii. Qui moderatur sermones suos: prudens est. Item sm Hylarium qd̄ Supra. xxvi. Interrogatus a principe iudeorum. Si tu es christus ꝛc̄. dixit. Tu dixisti. Et respondit per preteritum. Cum autem respondit gentili. respondet per pns. Et in hoc significatur q̄ confessio christi a iudea est de preterito: quia facta est per prophetas. Iere. xxiii. Regnabit Rex et sapiens erit ꝛc̄. Sed loquens ad gentilem. dicit. [Tu dicis:] Quia gentilitas confitebatur. (C Consequēter agitur de accusatione. Et primo ponitur accusatio. 2° inductio ad respondendum. ibi [Dixit autem pilatus.] Dicit ergo. [Et cum accusaretur a principibus sacerdotum: nihil respondit.] Super quibus accusaretur tacet Matth̄. Sed Luc̄. hoc dicit cap̄. xxiii. Dec est consuetudo euangelistarum: quia qd̄ vnus omittit aliter narrat. Unde ibi dicitur q̄ seduceret turbas ꝛc̄. Et q̄ prohibebat dare censum Cesari. Item reges se diceret. Et hoc est falsum sm intentionem suam: quia intendebant de regno temporali. Sed ipse dicit Joh. xviii. Regnum meum non est de hoc mundo. Sed Christus nihil respondit. Tunc impletum est qd̄ dictum est per Ysa. liii. Quasi agnus coram tondente se obmutescet: et non aperiet os suum. Et cap̄. xlii. Non audietur foris vox eius. [Tunc dicit ei pilatus.] Et tunc conabatur Pilatus eum liberare: ideo conabatur vt respōderet. Unde dicebat. [Non audis quanta aduersum te ꝛc̄.] Et primo ponitur incitatio. [Non audis ꝛc̄.] Hoc autem dicebat: q̄ volebat dimittere eum. Ipsi enim qui erant accusatores erant testes: et ideo noluit respondere. Quare autem non respondit: potest esse ratio ex parte christi: quia voluit excusare passionem suā. Poterat. n. eam excusare loquendo: ideo noluit log. Oblatus enim est: quia noluit. Ysa. liii. Item vt daret nobis exemplum: quia cum malediceretur non maledicebat. Item quia tot signa iudei viderant q̄ cōuerti potuerant: et ideo reputauit eos indignos. Eccl. xxxii. Ubi non est auditus: non effundas sermonem. Et notandum q̄ in multis loquitur et in multis silet: quia si semper loqueretur: excusaret se. Item si semper taceret: pertinax videretur. Pilato autem quandoq̄ respondet: quādoq̄ non. Sed iudeis nunq̄ respōdet: quia Pilatus ignorabat: ideo veritatem aliquando dicebat. Sed iudei obstinati erant. Tunc ponitur admiratio Pilati. [Ita vt preses miraretur.] Et quare miratur? Quia audiebat eum facundissimū: et ꝑ est qd̄ dic̄ David. ps. xxxvii. Ego aūt tāq̄ surdus nō audiebā: et sicut mut⁹ non aperiens os suum. i. ac si essem ignorans. Et notate q̄ dicit. [Uehementer.] Qz enim aliquis sapiens nihil respondeat mirum est. Sed q̄ in tali causa vbi ad iudicatur mors: non respondeat: hoc vehementer est admirandum. Item quia non videbat eum perterritum. In tali enim casu solent homines etiam perterreri. (C Tunc agitur de damnatione. Et primo ponit diuersum studium volentium excusare ipsum. 2° studium volentium condēnare. ibi [Principes autem ꝛc̄.] 3° condemnatio. ibi [Tunc dimisit ꝛc̄.] Circa primum. Primo ponitur studium Pilati ad liberandum. 2° studium principum ad condēnandum. Circa primum. Primo ponit quasdam oportunitates. 2° tractat de eius liberatione. 3° dat causas. 2° ibi. [Congregatis ꝛc̄.] 3° ibi. [Sciebat ꝛc̄.] In ꝑma ponit duas oportunitates. Dicit ergo. [Per diem autem solēnem ꝛc̄.] Ista consuetudo nō erat ex lege Imperatoris: sed ex voluntate eius: vt redderet populum sibi magis deuotum: q̄ in solēnitate debebant magis esse iocundi: nolebat q̄ illa die eēt causa tristitie. Sic et Rome in illo die quo imperator intrabat: nullus adiudicabatur morti. Item de nouo acquisuerat preseturas: ideo volebat sibi eos esse deuotos. Aliquid tamē simile legitur in veteri testamēto. scilz q̄ Saul liberauit Jonathā qui adiudicatus erat morti. i. Reg. xiv. Deinde ponit oportunitates ex quodam latrone qui dicebatur Barrabas qui interpretatur filius patris. s. diaboli. Joh. viii. Uos ex patre diabolo estis. [Congregatis autem illis. dicit Pilatus. Quem vultis ꝛc̄.] Dic facit Pilatus contra consuetudines iudeorum: quia non solebat eos rogare: sed ipsi rogabant eum. Sed hoc faciebat quia querebat eum dimittere: et videtur inducere: quia videbatur ei q̄ deberent preeligere Christum q̄ Barrabam: quia iste erat reus lese maiestatis et multis nocuerat. Item ex eo q̄ christum nominat: dicens: an Jesum qui dicit̄ christus. Christus enim dicitur: unctus. Unde Reges appellabat eum. ideo credebat q̄ christus deberent accipere.

Augustinus.

Hieronym°.

C

Hieronym°.

Hylarius.

D

Eccl.15. Ante hominē vita ⁊ mors: sic ⁊ pilatus ante eos posuit bonum ⁊ malum: ⁊ ipsi acceperunt malum: ideo eos semper sequatur malū. Deinde ponit causam. ⌊Sciebat enim q̄ per invidiam tradidissent eum. ⌋Ex quo sciebat? Audierat enim multa bona de eo: ⁊ videbat eius cōstantem. Unde sciebat q̄ per invidiam ⁊c. Sicut enim invidia diaboli fuit inimica primo homini: sic debuit eē invidia istorum inimica christo. Sic enim Joseph ex invidia traditus est a fratribus. Gen.37. ¶ Sedente autē eo pro tribunali: misit ad eum ⁊c. ⌋Supra posuit evangelista vnam causam: quare pilatus nitebatur dimittere eum. Hic autē ponit aliam causam. ⌋admonitio vxoris. Et primo ponitur admonitio. 2° causa admonitionis. ibi ⌊Multa enim ⁊c. Sedente autem eo ⁊c. ⌋Sicut dicit q̄dam glo. tribunal est sedes iudicum. Prouer.20. Rex q̄ sedet in solio iudicij dissipat omne malum intuitu suo. Cathedra propie doctorum. Supra.23. Super cathedram Moysi sederunt scribe ⁊ pharisei ⁊c. Et dicitur a tribunis: quia primo tribuni electi sunt a Romanis ad faciendā iudicia. Et dicit ⌊pro tribunali. ⌋Et est iste modus loquendi grecus. Aliquando enim pro accipitur pro ante: sicut expeditus est pro castris. i. ante castra. Aliquando p̄ in. vnde pro tribunali. i. in tribunali. ⌊Misit ad eum vxor eius dicens. ⌋Erat ista mulier gentilis: ⁊ signat ecclesiam gentilium: que suscepit christum: vt infra ad Corin. primo. ⌊Nihil tibi ⁊ iusto illi ⌋. i. non pertinet ad te iudicare: cum ipse debet esse iudex tuus. Actuū.10. Qui constitutus est iudex vivorum ⁊ mortuorum. ⌊Multa enim ⁊c. ⌋Hic ponitur causa. Et est modus loquēdi talis: quando enim abstrahitur quis a sensibus. Aliqua fm imaginationem apparent ⁊ consuetum est q̄ visio referatur ad id qđ apparet cum sit alienatio a sensibus. Hoc autem fit aliquādo in vigilia: aliquando in somno. Quando in vigilia: visio dicitur. vnde Nume.12. dicitur. Si quis fuerit inter vos prophetes domini in visione apparebo ei vel per somnū loquar ad illum. Hic autem ponitur propheta p̄ vtroq;. Notandum q̄ huius causa quandoq; corporalis intrinseca est: vt quando superabundat sanguis: fit apparitio corporum rubeorum: ⁊ sic de aliis. Aliquando ex causa extrinseca: vt ex frigore somniat aliquis q̄ sit in nive. Aliquando autem fit a causa spirituali: ⁊ hoc vel a deo per bonum angelum: ⁊ de hoc Job.33. Per somnium in visione nocturna aperit aures virorum. Et hec vera sunt ⁊ veritatem habentia: non tamen multum debet considerare. Eccl.34. Ne dederis in illis cor tuum: multos enim errare fecerunt somnia. Aliquando fiunt a demonibus q̄ possunt imprimere in phantasiam: quia est virtus corporalis. Unde diuinationes ⁊ huiusmodi prohibentur in lege. Deut.18. Non inveniatur in te qui somnia observet vel auguria ⁊c. De hac visione possumus dicere q̄ facta est a deo per bonos angelos. Vel a diabolo: quia erat ad impediendum passionem. Quia in passione erat peccatum occisionis: ⁊ sic fiebat per angelos bonos. Sed ex passione sequatur fructus: ideo diabolus iam percipiens eum esse deum ⁊ timens per passionem potestatem amittere sicut in mente inde posuerat vt eum traderet: sic ⁊ modo voluit impedire non quia vellet impedire peccatum: ⁊ potius passionis fructum. ¶ Tunc ponit studium iudeorum volentium occidere christum. ⌊Principes autem sacerdotum ⁊ seniores populi ⁊c. ⌋In vtroq; enim se ostendūt abominabiles: quia principes qui alios corrigere deberent. Prouerb.17. Qui iustificat impium: abominabilis est. Similiter eo q̄ seniores. Dan.13. Egressa est iniquitas a seniorib⁹ populi. ⌊Respondens autem ⁊ces ait illis. ⌋Hic ponit conatum quo conabatur pilatus dimittere eum. Et primo ostendit quibus verbis egerit ad liberationem. 2° quibus factis. ibi ⌊Videns autem. ⌋Tribus modis est conatus liberare eum. primo ex comparatione. 2° ex dignitate. 3° ex innocētia. Ex comparatione: quia comparauit eum malo actori. Respōdens scilz pretorem populi: vel istis principib⁹ qui instigabant eū. ⌊Quem vultis vobis dimitti ⁊c. ¶ At illi dixerunt Barrabam. ⌋Qđ ⁊ populo improperat petrus. Act.3. Dicēs de christo. Quem vos quidem tradidistis ⁊ negastis ante faciem pilati iudicante illo dimitti. Vos autē sanctū ⁊ iustum negastis ⁊ petistis virum homicidam donari vobis ⁊c. Dicat ergo pilatus. Quid ergo faciam de iesu qui dicitur christus? Hic allegat dignitatem. Quid faciam ⁊c. q. d. iniurio sum erit vobis si illum occidatis q̄ ẽ christus. Sed isti vereri non potuerunt. Immo ⌊dicunt omnes. Crucifigatur. ⌋Hec enim erat mos turpissima. Ideo completur qđ dicitur Sap.2. Morte turpissima condemnemus eum. Esa.3. Lingua eorū ⁊ adinventiones eorum contra dominum. ¶ At illi preses. Quid n. malifecit. ⌋Hic allegat innocentiam eius: intendens eum liberare: quasi vens illo qđ dicit. Hiere.2. Quid invenerūt patres vestri in me iniquitatis. Et Jo.8. Quis ex vobis arguet me de peccato. ¶ At illi magis clamabant. Crucifigatur. ⌋Unde flecti non poterant: fm illud Hiere.8. Apprehenderunt mendacium ⁊ noluerunt reverti. Unde pertinaces erant in malitia. ¶ Videns autem pilatus q̄ nihil proficeret. ⌋Hic intēdit liberationēs eius per factum. Et primo ponitur factus. 2° populi obligatio ad penam. Dicit. Videns ⁊c. per hoc vat itelligere q̄ multa alia viderat: ⁊ qđ nihil proficiebat. ⌊Accepta aūt aqua lauit manus suas. ⌋Hec erat consuetudo q̄ quando volebat se ostendere innocentē: lauabat manus: sic ⁊ iste. Unde dixit. ¶ Ego innocens sum a sanguine iusti hui⁹ ⁊c. ⌋Secundū hūc modū hi in ps.25. Lauabo iter innocētes manus meas ⁊c. Et vere ipse fuisset innocens si in sua sentētia permansisset. Unde vocat eum iustum. ¶ Vos videritis ⌋. i. quid vobis accidere debeat. Unde Jod.19. dicit. Accipite eum vos: ⁊ fm legem vestram iudicate eū. Tūc sequitur obligatio ad penam. ¶ Sanguis ei⁹ super nos ⁊ super filios nostros. ⌋Et ita fiet q̄ sanguis christi expetatur ab eis vsq; hodie. Et bene cōvenit illis qđ dictū est Gen.4. Sāguis fratris tui Abel clamat ad me de terra. Sed sanguis christi efficacior est q̄ sanguis Abel. Apls. Ad Hebr.12. Habemus sanguinē magis clamantē q̄ sanguis Abel. Hiere.26. Verumtn̄ si occideritis me sanguinē innocentē tradetis ⁊ vosmetipsos. ¶ Tunc dimisit Barrabam. ⌋Dimisit. i. absolvit a pena mortis. ⌊Jesum vo flagellatum tradidit eis vt crucifigeretur. ⌋Et q̄re flagellatum. Dicit Hieronymus quia consuetudo erat Romanorum q̄ adūdicandus morti primo flagellabatur. Et sicut dicitur Joan.19. Ipse flagellauit. Unde completur in eo quod habetur in ps.37. Ego autem in flagella paratus sum. Quidam dicunt q̄ flagellauit vt moverentur ad pietatem: ⁊ sic flagellatum dimitterent.

¶ Tunc milites presidis suscipientes Jesum in pretorio: congregauerunt ad eum vniversam cohortem: ⁊ exuentes eum: chlamydē coccineam circundederunt ei. Et plectētes coronam de spinis posuerunt super caput eius: ⁊ harundinem in dextra eius: ⁊ genu flexo ante eum illudebant ei dicentes. Ave rex iudeorum. Et exspuentes in eum acceperunt

Hieronymus.

Mores diuersi gentes appellationum.

E

runt harundinem ⁊ percutiebant caput eius. Et postq̃ illuserunt ei:exuerunt eum clamydem ⁊ induerunt eum vestimentis eius: ⁊ duxerunt eum vt crucifigerent. Exeũtes autem inuenerunt hominem cyrenеum:nomine Symonẽ:hunc angariauerunt vt tolleret crucem eius. Et venerunt in locum q dicitur golgotha: quod est caluarie locus. ⁊ dederunt ei vinum bibere cum felle mistum: ⁊ cum gustasset nolvit bibere. Postq̃ autem crucifixerunt eum: diuiserunt vestimenta eius sortem mittentes: vt impleretur quod dictum est per prophetã dicẽtes. Diuiserunt sibi vestimenta mea: ⁊ super vestẽ meam miserunt sortes: ⁊ sedentes seruabãt eum. Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptã. Hic est Jesus rex iudeorum. Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones vnus a dextris ⁊ vnus a sinistris. Prætereuntes autem blasphemabant eum:mouentes capita sua ⁊ dicentes. Vah qui destruis templum dei: ⁊ in triduo illud reedificas. Salua temetipm. Si filius dei es descende de cruce. Similiter ⁊ principes sacerdotum illudentes cum scribis ⁊ senioribus dicebant. Alios saluos fecit:seipsum nõ potest saluum facere. Si rex israel est: descendat nunc de cruce ⁊ credimus ei. Confidit in deo:liberet nunc eum si vult. Dixit enim:quia filius dei sum. Idipsum autez ⁊ latrones qui crucifixi erant cum eo improperabant ei. A sexta autem hora tenebre facte sunt super vniuersam terram vsq3 ad horam nonam. ⁊ circa horam nonam clamauit Jesus voce magna dicẽs. Heli/heli/lama zabatbani. Hoc est deus meus deus meus: vt quid dereliquisti me? Quidam autem illic stantes: ⁊ audientes dicebant. Heliam vocat iste. Et cõtinuo currens vnus ex eis acceptam spongiam implevit aceto: ⁊ imposuit harundini: ⁊ dabat ei bibere. Ceteri vo dicebãt. Sine. videamus an veniat Helias liberans eum. Jesus autem iterum clamãs voce magna:emisit spiritum. Et ecce velum templi scissum est in duas partes:a summo vsq3 deorsum: ⁊ terra mota est: ⁊ petre scisse sunt: ⁊ monumenta aperta sunt: ⁊ multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt: ⁊ exeuntes de monumentis. Post resurrectionem eius venerunt in sanctam ciuitatem: ⁊ apparuerunt multis. Centurio autem ⁊ qui cum eo erant custodientes Jesum: viso terremotu ⁊ his que fiebant: timuerũt valde dicentes. Vere filius dei erat iste. Erant autem ibi mulieres multe a longe que secute erant Jesum a galilea ministrantes ei: inter quas erat Maria magdalene: ⁊ Maria iacobi: ⁊ Joseph mater: ⁊ mater filiorum Zebedei. Cum autem sero factum esset: venit quidam homo diues ab Arimathia:nomine Joseph qui ⁊ ipe discipulus erat Jesu. Hic accessit ad Pilatum: ⁊ petijt corpus Jesu. Tunc Pilatus iussit reddi corpus. Et accepto corpore Joseph inuolvit illud in sindone munda: ⁊ posuit illud in monumento suo nouo:quod exciderat in petra. ⁊ aduolvit saxum magnum ad ostium monumenti: et abijt. Erat autem ibi Maria magdalene ⁊ altera Maria:sedentes contra sepulchrum. Altera autem die que est post parasceuen: conuenerunt principes sacerdotum ⁊ pharisei ad Pilatum dicentes. Domine recordati sumus:qa seductor ille dixit adhuc viuens:post tres dies resurgam. Jube ergo custodiri sepulchrum vsq3 in diem tertium:ne forte veniant discipuli eius ⁊ furentur eum: ⁊ dicant plebi surrexit a mortuis: ⁊ erit nouissimus error peior priore. Ait illis Pilatus. Habetis custodiam:ite custodite sicut scitis. Illi aũt abeũtes:munierũt sepulchrum signantes lapidem cum custodibus.

¶ Postq̃ habitum est de condẽnatione/hic agit de passione ⁊ morte. ℣° de sepultura. ibi¶ Cum sero autem factum esset ⁊c. ¶ Circa primum duo facit qa primo narrat que indigne pertulit. ℣° que magnifice fecit. ibi¶ A sexta hora ⁊c. ¶ Prima pars in tres. In prima agit de illusiõe militum. ℣° de crucifixione. ℣3° de crucifixi derisione p iudeos facta. ℣° ibi¶ Et postq̃. ℣3ª ibi¶ Prætereũtes aũt ⁊c. ¶ Circa pmũ p describũt illusores. ℣° illusio. Dic g¶ Milites congregauerũt vniuersam cohortẽ ¶ Cohors societas militũ dr. ⁊ olim q habebat iudiciariã potestatẽ habebat cohortẽ militũ ad exercendum iudicium. Prætorium dr esse locus vbi exercebantur iudicia. Unde congregati sunt ad eum ⁊ gentiles ⁊ iudei: vt nulli essent immunes: quia omnes debebat redimere. Ideo competit quod habet Roma. xj. Concluſit deus omnia in credulitate: vt omniũ misereat. Et in ps. 117. Circuierũt me sicut apes ⁊c. ¶ Et exuẽtes eum clamydem coccineam circumdederunt ei ¶ hic describitur illusio. Et primo quo ad habitũ. ℣° quantum ad honorem. ℣3° quantum ad opprobrium. ℣° ibi¶ Et genu flexo ⁊c. ¶ 3ª ibi¶ Exeuntes ⁊c. ¶ Notãdum qp ly accusassent eum de multis: tamen non propter aliq̃ patiebatur. nisi quia regem se dicebat. Sicut habet Jo. 19. Si eũ dimittis non es amicus Cesaris. Unde ex hac causa magis timuit. Ideo volentes illudere imponunt ei signa Regis. Consuetudo enim est qp Reges purpuram induantur: ⁊ ipi loco huius/vestem coccineam eis

induerunt. Item solent habere coronam: & loco huius fe
cerunt coronam spineam. Item solent habere sceptrum:
& loco huius dederunt ei baculum harundineum. Dicit
ergo. Et chlamydē coccineam circumdederūt ei. idest ru
beam. Sed quid est q̄ Marcus dicit cap. 15. q̄ eū pur
pura induerunt. Augusti. soluit q̄ hoc dixit propter si
militudinem coloris. Uel potest dici q̄ q̄uis esset coccí
nea: tamen habebat aliquid de purpura. Per hoc q̄ p
prijs vestibus exuitur & alienis indu itur reprehendun
tur heretici qui dixerunt eum non esse verum hominē.
Ista chlamys potest signare carnē Christi sanguine p
prio cruentatam. Ipse enim vulneratus est propter ini
quitates nostras: attritus est propter scelera nostra. Esa.
53. Uel signat sanguinem martyrum: qui lauerunt sto
las suas in sanguine agni. Uel peccatum gentilium. ¶ Et
plectentes coronam &c. ¶ Unde pro corona gloriæ impo
suerunt ei coronam contumeliæ. Esa. 23. Coronate eum
corona tribulationis. Per istas spinas significantur aculei
peccatorum quibus conscientia vulneratur. Et istos Chri
stus accepit pro nobis: qa pro peccatis nostris mortuus
est. Uel potest referri ad maledictum Adæ vbi dictum
est. Spinas & tribulos germinabit tibi. Gen. 3. Unde si
gnatum est q̄ solueretur ista maledictio. Et loco sceptri
¶ harundinem in dextera eius. ¶ Et signatur potestas de
monum ſm Origenem quā Christus de manibus eorū
eripuit. 4. Reg. 18. Non confidas in baculo harundí
neo. Potest enim signari inanitas gentilium: quā sibi ta
men Christus assumpsit. ps. 2. Postula a me & dabo ti
bi gentes hereditatem tuam. Et bene comparantur ha
rundini: quia sicut harundo fertur in omnem ventum: sic
gentilitas in omnem errorem. Item harundine utebat
ad scribendum. Item ad venenosa occidendū. Sic Chri
stus fideles ad se trahit & ascribit sed peccatores ad mor
tem. Tunc agitur de illusorio honore: & istum exhibebāt
facto. Unde dicitur ¶ Et genu flexo &c. ¶ Et hoc fecerūt
illudendo: tamen signabat q̄ omne genu ante eum fle
ti debebat. Phil. 2. In nomine Jesu omne genu flectatur
&c. Unde illudebant verbo: dicentes ei. ¶ Ave rex iu
deorum ¶ Et signantur per istos illi qui voce confitentur
se nosse deum: factis autem negant. ad Titum p̄mo. Item
varias contumelias intulerunt: quia inspuerunt in faciē
eius. Esa. 50. Faciem meam non averti a conspuentibus
in me. Item ¶ percutiebant caput eius & dicēs stultus esset.
Et qui sunt illi qui caput Christi percutiūt. Caput Chri
sti est deus. vt habetur p̄ma Cor. 11. Illi ergo caput Christi
percutiunt qui diuinitatem Christi blasphemant. Per
harundinem sacra scriptura signatur. Tales errorē suū
per sacram scripturam confirmant. ¶ Exeuntes autē
inuenerunt hominem &c. ¶ Post illusionē agitur de cru
cifixione. Et circa hoc duo facit. p̄mo determinat de lo
co crucifixionis. 2° de habitu & de his q̄ in loco sunt acta.
Et primo narrat quo mō Christus ductus est ad locum.
2° quo modo crux est delata. 3° quo modo peruenerunt
ad passionem. ¶ Et postq̄ illuserunt exeuntes &c. ¶ scilz
chlamydē quā ei indutrat. Notate q̄ illuditur in veste
aliena: sed ducitur in propria: per quod signatur q̄ non
erat ei propriuz illud: sed occidi: ga vt habet ad Phil.
2. Humiliauit semetipsum factus obediēs vsq̄ ad mor
tem &c. Ibi enim apparuit eius virtus. ps. 117. Dextera
domini fecit virtutem. Esa. 53. Quasi ouis ad occisionē
ducetur &c. ¶ Exeuntes autem inuenerunt &c. ¶ Hic agi
tur de delatione crucis. Et per hoc signatur q̄ noluit pa
ti in ciuitate: sed extra. Et ratio assignatur ad Heb. vlti.
vbi dicitur. Propter q̄ vt Jesus sanctificaret per suum
sanguinem populum: extra portam passus est. Compe
tit etiam figure: quia sicut habetur Leui. 16. De hircis q̄
pro peccato debuit immolari: extra castra mittebatur: sic
& Christus qui erat hostia populi. Item ad nostram edi
ficationem vt det nobis intelligere q̄ exire debem⁹ ad
eum extra conuersationem nostram. Ad Heb. vltimo.
Exeamus ergo ad eum extra castra improperium eius
portantes &c. Item passus extra portam: vt virtus passio
nis non includeretur ad vnam gentem. Joan. 11. Mo
riturus est vt omnes gentes congregaret in vnum. ¶ Dic
angariauerunt vt tolleret crucem. ¶ Dic videtur discor
dare quia Joan. 19. habetur q̄ exiuit baiulans sibi crucē.
Dicit quedam solutio ſm Dionys. q̄ primo portauit: sed post incedentes obuiauerunt Symoni: & angá
riauerunt &c. Orige. dicit q̄ econuerso fuit q̄ Symon
primo portauit: & post Christus. Et ratio est mistica: q̄
re primo tulit crucem. Unde supra. 16. Qui vult venire
post me abneget semetipsum: & tollat crucem suam & se
quatur me &c. Et notandum q̄ iste Symon extraneus
erat. Et signat gentilem populum qui crucem domini ta
lit. p̄me Corinth. 1. Uerbum crucis pereuntibus quidem
stultitia: his autem qui salui fiunt. idest nobis virtus dei
est. Et Symon dicitur obediens: & gentilis populus obe
diuit. ps. 17. Populus quem non cognoui seruiuit mihi
in auditu auris obediuit mihi. Et veniebat de villa. Usi
la latine pagus dicitur grece. Unde ille de villa venit q̄
de paganismo venit. Conuenit & q̄ dicit cyrenæum q̄
interpretatur hereditas prety. ps. 2. Postula a me & da
bo tibi gentes hereditatem tuam. Et q̄ dicit q̄ coege
runt eum: signat illos qui exterius crucem ferunt. Inte
rius autem coacte ferunt: quia non propter deum sed p
ter mundum. Ad Gal. 5. Qui Christi sunt: carnem suam
crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs. Consequen
ter ponitur locus. ¶ Et venerunt in locum qui dicitur
golgotha quod est caluarie locus. ¶ Caluaria dicit apud
hoies denudatum sicut ps in cimiterijs. Uñ di in greco
κρανίου. Et dicūt alig q̄ in illo loco sepult⁹ fuit Adam.
Dionys. istō improbat. qa sepult⁹ fuit in Ebron: vt dī in
Josue. 14. Et q̄re ibi passus est: Notādū q̄ in q̄libet ci
uitate est aliqs locus vbi solēt dānati cruciari. Uñ ibierat
locus damnatorū. Tunc narratur quid actum est in sua
crucifixione. Et ponitur potatio eius. 2° crucifixio. 3° alia
que facta sunt. Et circa primum. p̄mo ponitur: qd sit obla
tum. 2° quo mō se habuit ad oblatum. Dicat ergo. ¶ Et
dederunt ei vinum bibere cum felle mistum. ¶ Voluerūt
q̄ omnes sensus eius paterentur. Visus passus est p spu
ta & vigilias. Auditus per blasphemias & verba irriso
ria. Tactus quia flagellatus: ideo voluerunt q̄ & gustus
pateretur. Et completum est q̄ in ps. 68. dicitur. Et de
derunt in escam meam fel & sitī meā potauerūt me ace
to. Et Hieremie 2°. Quo mō conuersa est in prauum vi
nea aliena. Sed est questio: quia in Mar. cap. 15. habet
q̄ dederunt ei vinum myrrhatum. Dicendum q̄ myr
rha amarissima est: & vinum felle mistum amarum. Sed
consuetudo est omne amarum nominari sub specie fel
lis. Unde ſm veritatem vinum erat myrrhatum: ſz ta
men ad similitudinem fellis dicitur. Et per hoc signifi
cabatur q̄ amaritudinem peccatorum nostrorum tulit.
Postea ponitur quo modo se habuit: quia ¶ cum gustasset
noluit bibere. ¶ Sed quid est q̄ dicit Mar. q̄ accepit.
hic autem dicit q̄ gustauit. Potest dici q̄ nō accepit nisi
ad gustandum: & hoc signat: quia gustauit mortem. quia
enim cito surrexit: vix visus est mortuus: quia fuit inter
mortuos liber. ps. 87. ¶ Postq̄ autem crucifixerunt
eum &c. ¶ Sed potest quēri quare magis ista morte vo
luit mori. Una ratio est ex parte crucifigentium: qa vo

lebant

Glossa. Augustinus. Liber veritatis. Hieronym⁹. Origenes. Hieronym⁹. Glossa. G Glossa.

lebāt q̄ per hoc infamaretur ſm illud Sap.2.Morte turpiſſima cōdemnemus cuz ꝛc̄.Et hec eſt crucis.Item ex parte ordinationis dei:ga Chīs voluit eſſe noſter magiſter vt daret nobis exemplum patiendi mortē.vñ paſſus eſt mortez: vt per mortem liberaret nos: vt haberet ad Heb.2:Sed multi ſunt qui bene volunt pati mortē: ſed mortez abiectaz refugiunt:ideo dīs dedit exemplū ne quodlibet genus mortis refugerent.Itē competebat redemptioni quia ad ſatiſfactionez pro peccato p̄mi hominis.Sed primus hō peccauit in ligno:ideo dīs in ligno pati voluit.Sap.14.Benedictum lignum per qō fit iuſtitia.Itez Chīs exaltandus erat per paſſionem: ideo exaltari voluit per paſſionē in cruce.Item volebat corda noſtra trahere ad ſe.Jo.11.Si exaltatus fuero a terra:omia trahaz ad meipſum.Itē vt corda noſtra eleuarentur.[Diuiſerunt ſibi veſtimēta ſua.] Dic ponūtur que facta ſunt in contumeliam crucifixi.Et p̄mo ponitur diuiſio veſtimenti.2° ſuppoſitio tituli.3° aſſociatio.Circa primum.p̄mo ponit factū.2° prophetiam.Dicit ergo.[Diuiſerunt.] Chryſo.dicit.q̄ hoc factū fuit in magnū vitperium.cōſuetudo erat q̄ condēnatus non denudabatur niſi vilitſimus homo:ideo vt magnam contumeliaz inferrent ei:denudauerūt ipſum:vt iſtruamur q̄ nos ab omni affectu actuum carnaliuz debemus nos denudare.Quo mō hoc factum ſit.Matth.tranſit.Sed Joā.narrat.19. q̄ quilibet miles accepit partez ſuaz de alia veſte.Sed ſuper tunica inconſutili miſerunt ſortez.Tunc ponit̄ p̄phetia.[Ut adimpleretur ꝛc̄.] Ly vt/non ponitur cauſatiue ſed conſecutiue:ga Chriſto patiente:accidit impleri iſtud q̄ dictum erat.[Et ſedentes ſeruabant eū ꝛc̄.] vt.[non depelliretur.Job.19, Ipſi vo conſideranerūt ꝛc̄. Tunc ſequitur titulus.[Et impoſuerūt ſuper caput eius cauſaz ipſius ſcriptaz ꝛc̄.] Et attendendum q̄ illud qō ad ignominiam fecerunt:ex ordinatione ceſſit ad honorem eius.Unde impoſuerūt cauſaz ipſius.i.cauſaz pro qua patiebat̄.Apoc.18.Habet̄ ſcriptū.Rex regum ꝛ dīs dīantium.Q̄ ergo dicit[Rex iudeoꝝ.] hoc pertinet ad honorez:ga futurus erat Rex ſuper omnes gentes.ps.2.Ego autē cōſtitutus ſum Rex ab eo ſuper ſyon mōtem ſanctum eius ꝛc̄.Tūc ponit̄ ſocietas.[Tūc crucifixi ſunt cū eo duo latrones.] Hec fuit ſocietas ga in medio duoruz latronū vt malefactor.Unde Iſa.53.Et cum iniquis deputatus eſt.Sed[vnus a dextris alter a ſiniſtris.] cruces accepit vt iudex. Sicut enī in iudicio quidā a dextris:quā a ſiniſtris:ſic hic.Uñ per B ſignat̄ iudex viuorū ꝛ mortuoꝝ.Ad Phil.2.Propter qō exaltauit illū deus:ꝛ dedit illi nomen qō eſt ſuper oē nomē:vt in nomine Jeſu oē genu flectatur/celeſtiū terreſtriū ꝛ infernorum ꝛc̄.Job.36.Causa tua quaſi impij iudicata eſt:cauſam iudiciūq̄ recipies. Itē per hoc q̄ vnus a dextris/alius a ſiniſtris:ſignat̄ q̄ pro oībus Chīs paſſus eſt:ſz nō alig credūt/aliqui nō.p̄ ad Gal.5. Nos aūt p̄dicamus Chīm crucifixū:iudeis quidē ſcādalū:gēnib⁹ aūt ſtultitiā.Uel pōt dici q̄ qdaz cruces patiunt̄ pp deū:ꝛ hi a dextris:qdaz aūt nō pp deum: ſed ppter mundū:ꝛ hi a ſiniſtris.Tunc agit̄ de illuſione crucifixi.[Pretereūtes āt ꝛc̄.] Et p̄ agit̄ ō ea q̄ a populo.2° de ea que a p̄ncipib⁹.3° de illa q̄ a latronib⁹.Circa p̄mum p̄ deſcribit blaſphemos.2° blaſphemias.Prio q̄ deſcribit ga[pretereūtes /ideſt p̄ter viā cūtes.De talib⁹ dī Iſa.30.Declinate a me ſemitā:ceſſet a facie vīa ſcūs iſrael.Itē deſcribunt̄:ga[mouebant capita.] Et B faciebāt ad delusionē.Per caput ſigūr rō:per pedes affect⁹. Uñ p̄mo mouerūt affect⁹ad malū:poſt mouent capita: ga infatuant̄ in pctis.In trib⁹ irridēt eū.p̄ in Ebis.2° de opibus que facit.3° de dignitate quaz ſibi appropriauit. De p̄mo dicit.[Uah q̄ deſtruis tēplum dei ꝛc̄.] Uah eſt interiectio deriſionis.Jam enim erat diuulgatus:ꝛ nō volebant credere.vñ de his dicitur Dicre.8.Apprehenderūt mendacium ꝛ noluerunt reuerti.quaſi diceret.Si vis reedificare tēplum reedifica te.Sed non poterat reedificare niſi p̄mo ſoluerentur:ideo primo voluit q̄ ſolueretur:quia de templo corporis ſui hoc dixerat. Deide ex opere.[Salua teipſum.] quaſi diceret. Saluaſti alios/ſalua te.Sed non vere ſaluaſti alios:nec poteris te ſaluare.Item ex dignitate:quia[ſi filius dei es deſcende nunc de cruce.] Hec conditionalis non eſt bona:imo potius ſi filius dei eſt:debet eſſe obediens patri.Ipſe.n. factus eſt obediens vſq̄ ad mortez.Phil.2.Itē populus deberent dicere:ſi filius dei es/aſcende ꝛ non deſcende. Jo.3. Nemo aſcendit ad celum niſi qui deſcendit de celo filius hominis qui eſt in celo.Utūtur eodem Ebo quo diabolus vſus eſt tentans eum.Si filius dei es/mitte te deorſum.Non eſt eni filij dei deſcēdere.Uñ perſuaſione diaboli loquebant̄ volētes impedire paſſionē ei⁹.Tūc ſequitur de illuſione principū.[Similiter ꝛ principes ꝛc̄.] Unde non ſolum populus ſed principes illudebant ei. Aliquis non facit vim ſi a minimis condēnatur: ſed deriſionem maiorum tolerare non poteſt.Naturaliter enī homo appetit honorari.Honor autem fit in teſtimoniū virtutis.Unde deluſio fit ppter opprobrium.Et deſcribuntur iſti ex auctoritate:quia principes.Itez ex doctrina ga ſcribe.Item ex vita:ga phariſei/qui peminebant in vita.Dicre.5.Ibo ad optimates ꝛ loquar eis. Ipſi.n. cognouerunt viaz dñi ꝛ iudicium dei ſui.Et ecce magis bi ſimul cōfregerūt iugū:ruperunt vincula ꝛc̄.Et tria dicunt.Primo improperant miracula que fecit.2° Regiā dignitatez 3° q̄ filium dei ſe fecit.Quātū ad primum dicūt.[Alios ſaluos fecit ꝛc̄.] Uolebant dicere.ſi alios ſaluos fecit/ſe poterit ſaluare.Sz ſe nō pōt.ergo nec alios ſaluos fecit.Sed nos ecōtrario debemus arguere/alios ſaluos fecit.ḡ ſe ſaluare pōt.Sed ſe potuit ſaluare reſurgēdo.ḡ ꝛ nos poterit ſaluare.Ad Heb.5.Fact⁹ eſt oībus obtēperantib⁹ ſibi cauſa ſalutis eterne.Uñ iſti nō intendebāt niſi ſalutem temporalem.Chīs autez voluit oſtēdere q̄ ſalus eterna ꝓponenda eſt.Uñ dicūt.[Si Rex iſrl eſt ꝛc̄.] Dic improperant Regiā dignitatē:ꝛ faciūt ſalsaz p̄miſſionē:ꝛ faciūt malā p̄miſſā:ga ſi Rex iſrl eſt/nō dz deſcēdere:ga p crucē dz aſcendere.ps.95.Dīs regnauit a ligno.Et in Iſa.9. Fact⁹ eſt p̄ncipatus.i.crux ſuper humerū eius.Itē facit q̄ manus eſt:ga ſurrexit de ſepulchro:ꝛ tamē nō crediderūt.Uñ mēdaces erāt.Dicī.23. Nolite audire verba ꝓphetarū qui ꝓphetāt vobis ꝛ decipiūt vos.Et legī.Uiſionē.n.cordis ſui loquunt̄ vobis. Itē improperāt q̄ dixit ſe filiū dei.[Cōfidit in deo:liberet eū ſi vult.Jps.21.Sperauit in dño:eripiat eū:ſaluum faciat eū:quā vult eū.Poterat liberare ſi vellet:ſz nolebat: ga volebat eū ad tps morti exponere vt nobis ſalutē procuraret ꝛ ſibi honorē.Uñ ipſemet ſuit qō dī i Dicī.ca.15. Dēs maledicūt mihi.[Idipm aūt ꝛ latrones ꝛc̄.] Sz gd eſt q̄ dī hic q̄ ambo improperāt ei.In Luc aūt.23.q̄ vn⁹ ſolus:Solvit Aug.q̄ aliqñ ꝓſuetudo eſt i ſcriptura q̄ plurale ponit̄ p ſingulari.vt i Dañ.Obturauerūt ora leonū.Lobturauit.ſ.Dani.Et eſt loquendi modus:ſic dī. iſti ruſtici mihi ſūt ifeſti ēt ſi vn⁹ ſolus ſic ifeſtat eū.Sic Matth.logatur.Uel aliter ſm Dieron.q̄ a p̄ncipio ambo improperauerūt ei:ſz vn⁹ vidēs miracula q̄ faciebat penituit.Et B vt dicit Chryſo.diuina diſpoſitione factū ē.vñ ſignāt̄ illi q̄ poſt multa ſcelera ad Chīm rediunt.[A 6ª aūt hora tenebre facte ſūt ꝛc̄.] Supra narrauit euāgeliſta quō dīs paſſus eſt in cruce.hic quō opatus ē magni-

Lyraſolle.

Chryſoſto.

Matthe.

Auguſtinus.

Hieronym⁹.

Chryſoſto.

H

fica. Et ꝓmo ponit que optatus est ab illis mortuis. 2° que post mortem. ibi[Jesus autē ꝛc.] Circa primus duo facit. primo narrat obtenebrationem accidentis. 2° clamorē. ibi[Et circa horas ꝛc.] Dicit ergo[A sexta hora ꝛc.] Sicut narrat Origēs. gentiles audientes euangelistā hoc narrantem pro miraculo: deridebant eus ꝛ dicebant hoc factum fuisse naturaliter ideo credebant ꝙ vt ignotās dicerent: cum sol naturaliter pateret. Sed non fuit hec eclipsis naturalis: sed miraculosa. Sed si vultis videre. audite ꝙ Dion. dicit. g erat. 25. annoꝝ: ꝛ studebat in astris in ciuitate Delyopolis. Et dū videret admirati sunt ipe ꝛ Apollonius: ꝛ videbatur eis ꝙ non erat nālis. Et considerauerunt quatuor miracula. ꝓmus ex tempore: ga cū esset dies qua pascha debebat fieri luna erat. 15ª. vbi luna est in oppositione ad solem: sed naturalis eclipsis fit ex coniunctione lune ad solē. 2ᵐ miraculus fuit ꝙ quando sol in occidente est: luna debet esse in oriente. Sz hic mutatus est cursus lune. Jtē 3ᵐ signus est ꝙ semper obscuratio incipit a parte occidentis: quia oēs planete habent duplicez motum: proprium ꝛ cōem. Luna quo ad ꝓprium motum velocior est. et cui venit ad corpus solis: venit ab occidēte. Sed sic non fuit hic: ga ab oriēte venit. 4ᵐ miraculus fuit ꝙ ab eadem parte incipit obscuratio: ꝛ redit illuminatio. Sed hoc tunc nō fuit: quia illaz partez quā primo occupauit: vltimo dimisit: quia luna ab oriēte venit vsq; ad corpus solis: ꝛ tunc retrocessit. Unde illa pars primo fuit illuminata. Et ideo ista considerans in aduētu Pauli se conuertit: ꝛ post conuertit socium suum. 5ᵐ miraculus qō est maius vt dicit est ꝙ quādo naturalis eclipsis est: parum durat. Non enim sol patitur: sed fit obscuratio per interpositionez lune: sed corpus lune nō est maius q̄ solis. ideo moram non habet: sed istud durauit tribus horis: ideo magnū fuit miraculū. Sed querit Orig. Euthio. Eugenes. si istud fuit ita magnum miraculum: quare aliquis astrologorum non descripsit. Respondit ꝛ dixit ꝙ ista obscuratio non fuit vniuersalis: sed circa terram Judee. Uel ꝙ dicitur ꝙ super vniuersam terram. i. Judeā: similis modus loquēdi est: cui dicitur. Non est genus aut regnū ꝛc. Intelligendū enim de illa gente. Sic ꝛ hic. Lhrysostō. Ro dicit. ꝙ intelligitur super vniuersam terram. i. super totū mundum: quia mouebatur pro vniuerso mundo: ideo voluit per signum passionis omnibus notescere. Sed Diony. Dionysius. dicit. ꝙ erat in egypto ꝛ ipse vidit: ꝛ sic poterat intelligere qō durabat vsq; in Asiam. Unde magis est ei credendum. Narrat quidam Astronomus de quadā eclipsi que facta fuit tēpore Tyberij: sed non dicit quando vel quātum durauit: vel quo mō: tamen potest dici ꝙ quia cum non erat tempus eclipsis non perpenderunt modū. Uel aliqui dixerunt ꝙ nubes multe interpositē fuerunt inter nos ꝛ solez. Aliqui autez dixerunt ꝙ sol retraxit radios Euthio. suos. Unde Amos. 8. Occidit eis sol in meridie. Sz est questio: ga hic dicit ꝙ crucifixus est hora sexta. Marcꝰ Ro dicit hora tertia. Marci. 15. Dicendus ꝙ Matth̄. historias narrat. ꝙ crucifixus est hora sexta ꝛ mortuus est hora nona. Et hoc mysterio competit: ga sol in meridie est in medio celi: ideo competit filio dei ꝙ est verus sol Malach̄. 4. Uobis timentibus nomē dei orietur sol iustitie. Jtez competit transgressioni primi hominis quia Adam post meridiem peccauit. Heri. 3. ideo Christus satisfacere voluit illa hora. Quare ergo dicit Marcus ꝙ hora tertia. Dicendus ꝙ crucifixus fuit hora tertia ligua iudeorum: sed hora sexta manibus militum. Item tribus horis fuerunt tenebre. Et fuit figuratus per id qō scribit Exo. 10. ꝙ Moyses tribus horis extēdit manus suas in celū ꝛ facte sunt tenebre trib⁹ dieb⁹ ꝛc. Sic Chris in cruce expādit manus suas ꝛ facte sunt tenebre tribus horis ad signandū ꝙ priuati erant lumine ueritatis. ¶ Et circa horam nonaz ꝛc.] Hic ponit clamorez Christi. Et primo ponitur clamor. 2° effectus. ibi[Quidam autez de illic stantibus ꝛc.] Dicit ergo[Et circa horam nonaz ꝛc.] Scōm Orige. Chris voce magna clamat: ꝛ signat multitudinez mysteriorum. Esa. 6. ꝙ seraphin clamabant alter ad alterum ꝛc. Unde qui vult hoc intelligere ꝙ tedio mortis clamauit: non intellexit mysteriū. Ideo non sic intelligendum est: sed quia voluit dare intelligere se equalem patri lingua hebrea dixit[heli heli ꝛc.] Jtē quia voluit signare ꝙ pronūciata est a ꝓphetis: ideo dixit illū psal. Hieronym⁹. Deus deus meus respice in me ꝛc. Unde dicit Hieron. ꝙ impij sunt qui aliter psalmū illum exponere volūt q̄ de passione Christi. Notate ꝙ quidā male intellexerūt. Uñ debetis scire ꝙ fuerūt due hereses: vna que in Christo non posuit verbum vmanum: sed verbum fuit loco anime: ꝛ hoc posuit Arrius. Alij Xo ꝙ verbum nō fuit vmanum naturaliter: sed per gratiam: sicut in aliquo iusto vt in ꝓphetis. Et sic Nestor⁹. Unde exponebant. Deus de⁹ ꝛc. Dicunt ꝙ hoc dicebat verbum dei. Et vocat eum deum: quia creatura sua est: ꝛ conqueritur ꝙ hoc verbum fecit sibi vmiri: ꝛ post dereliquit eum. Sed hec est expositio impia: quia semper erat eo est. Unde diuinitas nō diuisit carnem nec animam. Unde in Jo. Qui me misit meā est. Quid ergo? Dicendum ꝙ ex ipso modo loquendi manifestum est ꝙ de Christo debebat intelligi. Dicitur enim de eo Joan. vltimo. Ascendo ad patrem meum ꝛ patrē vestrum: deum meū ꝛ deū vestrum. Patrem nominat eo ꝙ deus est: deum nominat eo ꝙ homo est. Ideo cum dicit. [Deus deus meus ꝛc.] manifestū est ꝙ fm ꝙ est hō loquitur. Ideo ingeminat vt magnitudinem affectus humani designet. Et qō dicitur[dereliquisti me] dicitur per similitudinem: ga qō habemus a deo habemus. Unde sicut cum aliquis alicui malo exponitur: dicitur derelictꝰ: sicut quādo dīs dereligit hominem cadere in malum pene vel culpe: dicitur derelictus: ideo Chris dicitur derelictꝰ: nō quantū ad vnionem: non quantū ad gratiā: sed quātum ad passionē. Esa. 54. Ad punctum dereliqui te. Et dicit vt ad] non quasi ex tedio: sed potest designare compassionem ad iudeos. Unde non dixit nisi postq̄ tenebre cēnt. Unde vult dicere quare noluisti vt passioni traderer: et isti obtenebrarentur. Item signat admirationē. Uñ admirabilis est dei charitas. Cōmendat deus charitatem suam in nobis: qñ cū adhuc peccatores essemus fm tē pus Chris ꝓ nobis mortuꝰ est. ad Ro. 5. Tūc sequit̄ effectus. [Quidā autē illic stātes ꝛc.] Et ꝓmo ponit̄ effectus cōmunis in oībus. 2° in vno cor. ibi[Et ꝓximo ꝛc.] Dicit ergo[Quidā autez ꝛc.] [Heliā vocat iste ꝛc.] Qui fuerūt isti? Credit Hiero. ꝙ isti fuerūt milites qui nescierūt liguā hebreā: ꝓ ꝙ credebāt qō Heliā vocaret: ga Helias multū erat famosus: ga raptus fuit in celū. vt hī 4. Reg. 3. Uel pōt dici ꝙ illi fuerunt iudei. Et volunt ꝙ hoc ostendere ꝙ Chris est homo: ꝛ non deus qui auxilium alterius petit. Tunc ostenditur effectus in vno. Et ꝓmo dicitur quid ipse fecerit. 2° quid alij. Dicit ergo.[Unus autem ꝛc.] Quare hoc fecerit: non dicitur hic: sed in Jo. 19. quia Chris videns omnia cōsumata dixit: sitio: ideo iste volens ei satisfacere dedit ei potum vīnatorum. Unde impletū est ꝙ in ps. 68. dicitur. Et dederūt in escam meam fel: ꝛ in siti mea potauerūt me aceto. Notādū ꝙ erat vinum myrrhatum: sed ocin est fel ꝛ acetū. ga habebat amaritudinē. Misticē ꝓ vinū myrrhatū signt̄ illi ꝙ nihil habent de fide. Uel ꝓ acetum qō sit ꝓ corruptionez vini: signatur corruptio humane nature. Istā aūt amaritudinē

Chris

Chris portauit. Uel p accũ malitia iudeoꝝ figũr. Et ponitur in spõgia que cauernosa est: ꝛ signat cautelas ꝛ vertutias iudeorum. Sed imponitur calamo. Per calamũ: sacra scriptura signatur. Unde suam malitiam per scripturaꝫ confirmare volunt. Et potest esse q̃ iste ex compassione mouebatur. Unde volebat iste facere ei auxiliũ. Alij autez nolebãt. Ideo dicebat. Sine videam⁹ ꝛc.

K

¶ Jesus aũt iteruꝫ ꝛc.] Dic agitur de his que post mortez acta sunt. Et p̃mo ponitur mors Chriſti. 2° que acta sunt. 3° effectus. 2ª ibi [Et ecce velũ.] 3ª ibi [Centurio autem ꝛc.] Circa primum tangitur mors: ꝛ modus mortis. Causa mortis triplex assignatur. Una causa fuit vt ostenderet quantuꝫ nos amauit. Augu. Nulla maior est ratio amoris q̃ preuenire amando. Ro. 5. Commendat deus charitatez suaꝫ in nobis: quoniam cum peccatores essemus Chriſtus p nobis mortuus est. Itez vt doceret nos contẽnere mortez. Per mortem destruxit omnia peccata. Itez vt penã peccati Ade tolleret: vt. s. liberaret a peccato Ade. Dicitur enim fuit ei. Gen. 2. Quacunq; hora comederitis / moriemini. Ab hac morte nos liberauit. Itez quia diabolus qui est actor mortis inuaserat eaꝫ qui nõ meruerat: ideo potestatez in alys amisit: ideo animã suã morti tradidit vt nostras liberaret. Itez designatur condicio mortis. ¶ Et clamãs voce magna emisit spiritũ.]

Error cuiusdam.

Quidam dixerunt q̃ diuinitas mortua fuerat. Sed hoc est falsum: quia vita non potest mori: sed deus non solus est viuens: sed etiam vita. Aliqui dixerunt animam mori cum corpore. Qõ esse non potest: quia non posset apprehendere imortalitatem. Item notandum q̃ omnes moriuntur ex necessitate. Chriſtus autez propria voluntate. Unde non dicit est mortuus: sed emisit: quia ex voluntate: ꝛ hoc signat potestatem: sicut alibi dicitur Joã. 10. Potestatem habeo ponendi animam meam: ꝛ potestatem habeo iterum sumendi eam. Et voluit mori cuꝫ magna voce: ad signãdum q̃ ex potestate ꝛ non necessitate mouebatur. Unde animam suam posuit cũ voluit: ꝛ accepit cum voluit. Unde facilius fuit Chriſto ponere animam ꝛ recipere q̃ alicui dormire ꝛ expergisci. Sz quare imputatum est eis? Quia fecerunt qõ in eis fuit.

¶ Et ecce velum templi scissum est ꝛc.] In parte ista agitur de effectu. Primo agitur de his que circa tẽplum facta sunt. 2ª de his que in elementis. 3° de his que in hominibus. Et videndum q̃ Matth̃. alio ordine narrat q̃ Lucas. Dicit Augusti. q̃ Matth̃. narrat ordinem historie. Et hoc patet quia dicit. Et ecce velum templi ꝛc. In Luca autem nihil tale habetur. Et notandum q̃ in templo duplex velum erat sicut in tabernaculo: quia erat velum intra sancta sanctorum: ꝛ erat velum aliud quod nõ erat in sanctis. Et ista duo duplicem velationem signabant: quia velum interius significabat velationem mysteriorum celestium que nobis reuelabantur. Tunc enim similes ei erimus cum apparuerit gloria sua. Aliud qõ exterius erat significabat velationem mysteriorum que ad ecclesiaꝫ pertinent. Unde istud exterius fuit scissum: alterum non: ad signandum q̃ mysteria manifestabantur per mortez Chriſti que ad ecclesiam pertinent. Sed aliud non fuit diuisum: quia secreta celestia adhuc remanent velata. Unde Aplꝰ 2ª Corin. 3. Cuz autez ysrael conuerſus fuerit ad deum: amouebitur velamen. Unde per passionem: omnia mysteria que in lege ꝛ prophetis scripta sunt: aperta fuerunt. vt habetur Luc. vltio. Incipiẽs a Moyse ꝛ omnibus prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturis que de ipso erãt. Uel significabat dispersionez populi iudeorum. Et quia gloria eorum erat in velo qõ in passione dñi scissum est: significabatur q̃ tota gloria diuidebatur ab eis. ¶ Et terra mota est ꝛ petre scisse sunt ꝛc.] Supra positum est miraculum qõ factũ est circa sacra templi: hic ponit miraculum qõ factum est circa elementa. Et ista conuenientia inueniuntur quantum ad virtutez passionis. 2° quantuꝫ ad effectum salutis. 3° quãtuꝫ ad iudiciariaꝫ potestatez quã Chriſtus patiendo meruit. Conuenit q̃ terra mota est ꝛc ga non potest presentiam tãte maiestatis sine tremore sustinere. Unde in ps. 103. Qui respicit terram ꝛ facit eam tremere. [Et petre scisse sunt] per quod signatum est q̃ nulla virtus potest ei resistere. 3. Hab. 19. Transit dominus subuertens montes ꝛ perens petras. [Et monumẽta aperta sunt.] Monumenta sunt claustra corporum mortuorum. Unde signatur q̃ vincula mortis disrumpit. Osee. 13. Ero mors tua o mors: morsus tuus ero inferne ꝛc. Item p̃ ad Cor. 15. Absorta est mors in victoria tua. Item conuenit q̃ntuꝫ ad effectum. Cõmouetur terra cum quicq̃d terrenuꝫ est abijcitur. Cõmouisti terram ꝛ conturbasti eam: sana cõtriciones eius: quia cõmota est. ps. 59. Itez petre scindũtur / quando duritia cordium ad compassionem mouet. Piere. 23. Uerba mea. s. passionis: quasi ignis. Et quasi malleus conterens petras. Item q̃ monumenta aperta sunt: signat q̃ mortui in peccatis debẽt resurgere. Eph̃. 5° Expurge qui dormis ꝛ exurge ex mortuis. Item conuenit venienti ad iudicium: quia ipso veniente: terra mouebitur. Agge. 2. Adhuc vnuz modicum est: ꝛ ego mouebo celum ꝛ terram. Item petre scinduntur: quia omnis altitudo virorum deprimetur. Item monumenta aperientur quia mortui venient ad iudicium. Jo. 5. Uenit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient vocez filij dei ꝛc. Consequenter tangitur miraculum in hominibus. Et primo tangit resurrectionem. 2° manifestationem. Dicit ergo [Et multa corpora ꝛc.] De istis solet esse

Quedã.

questio vtrum resurrexerint iteruꝫ morituri: vel nõ morituri. Constat aliquos resurrexisse: vt post morerentur: vt Lazarus. Sed de istis potest dici q̃ surrexerunt non iterum morituri: quia surrexerunt ad manifestationẽ resurrectionis Chriſti. Certum autẽ est q̃ Chriſtus resurgens ex mortuis iam non moritur. Itẽ si surrexissent nõ esset eis beneficium exhibitum sed potius detrimentuꝫ: ideo surrexerunt tãq̃ intrauiri cum Chriſto in celuꝫ. Et exeuntes de monumentis ꝛc. Et notandum q̃ Is istud dictum sit ꝑ in morte Chriſti: tamen intelligendum est per anticipationem esse dictũ: quia post resurrectionẽ actuꝫ est: quia Chriſtus primogenitus mortuorum. Apoc. p. Et venerunt in sanctam ciuitatez: non q̃ modo esset sancta: sed ga ante fuerat. Esa. p. Quo modo facta est meretrix ciuitas fidelis plena iudicij. Uel dicitur sancta: quia sancta ibi tractabantur. Uel ꝑm Dieron. in sanctaꝫ ciuitatem. s. celestem: quia cum Chriſto venerunt in gloriam: ꝛ apparuerunt multis. Sicut enim Chriſtus potestate habet se manifestandi quibus vult. Sic intelligendum de corporibus glorificatis. ¶ Centurio autez ꝛc.] Dic agit de effectu miraculorum. Et primo in gentibus. 2ª in mulieribus. ibi [Erant autem.] Circa primum tria facit. primo ponitur diligens consideratio. 2° timor. 3° vera confessio fidei proueniens ex timore. Dicit q̃ [Centurio ꝛc.] In Luca dicitur q̃ iste terrinus fuit ex hoc q̃ Chriſtus clamans expirauit: hic autem dicitur q̃ viso terremotu. Et dicit Aug. q̃ non erat facile soluere nisi diceret ꝛ hec que fiebant.] Iste autem signabat gentilem populum qui salubri timore confessi sunt dñm. Unde Osee. 2°. Dicã nõ populo meo: populus meus es tu. Et ipse dicet de⁹ meus es tu. vocabo gentem meam: non gentem meaꝫ ꝛc. Esa. 26. A facie tua dñe concepimus ꝛ peperimus spiritũ sa-

L

Dieron⁹.

Augustinus.

futis ⁊c. Deinde ponitur vera confessio. ibi[Uere filius dei erat iste.] In hoc confundit Arrius: qui cuz existẽtem in celum non confitetur esse vere filiũ dei: quẽ cẽturio in morte ꝓfitẽt. ꝑ⁹ Jo. 5. Dic est vere filius dei: ⁊ vita eterna. ¶ Segtur devotio mulierũ.] Erãt aũt ibi mulieres multe ⁊c. Et ꝑ ꝺscribũtur quo ad preterita: ⁊ quo ad pñta. In quo ꝺsiderandũ q⁹ ꝑplis recedẽtib⁹: mulieres adhe serunt in a q⁹ impletũ est qđ dicitur. Esa 50. Nõ remansit vir mecum. Sed considerandum q⁹ ꝺ dicitur q⁹ steterunt a longe. Joan. autem. 19. dicit q⁹ stabant iuxta crucem ⁊c. Augusti. dicit. q⁹ potest dici q⁹ alie mulieres essent que prope: ⁊ que longe: nisi diceretur virobicz q⁹ Maria magdalena erat vna. Ideo aliter dicendum q⁹ sicut multum ⁊ paucum dicuntur relative: sic prope et longe. Et sicut idem potest dici multum ⁊ paucũ respectu diuersorum: sic prope ⁊ longe. Sic considerandus q⁹ centurio ⁊ gentiles iuxta crucẽ erãt. Sed mulieres post eos: turbe ℞o magis a longe. Unde ſm diuersam comparationem erant longe ⁊ prope. Longe comparãdo ad centurionem ⁊ gentiles: prope comparando ad turbas. Uel potest dici q⁹ primo steterunt prope: sed cum emisit spiritum steterunt longe. Itez notate qđ dicit q⁹[secute erant eum a galilea ministrantes ei.] Ipse enim cui angeli ministrabant: permisit vt ministrarentur ei a mulieribus. In hoc dedit documentum Apostolis sequentib⁹ q⁹ reciperent temporalia ab his quibus ministrarẽt spiritualia. Et hec erat consuetudo antiquitus q⁹ doctores recipiebant necessaria a bonis quos docebãt. Sz Paulus quia gentibus predicabat inter quos nõ erat hec consuetudo/ne videretur q⁹ pro pecunia predicaret: recipere nolebat. ¶ Inter ꝯs erat Maria magdalena ⁊ Maria iacobi ⁊c.] Ex isto ℞o Eludius assumpsit occasionem erroris: qui dixit Jesum esse natum ex semine Joseph. Ad hoc dicit Hieron⁹. q⁹ duo fuerũt Jacobi. Maior qui dicitur frater Joan. Et minor qui fuit filius Alphei/cuius mater erat mater etiam Joseph. Unde illa que fuit mater Jacobi maioris: non fuit mater Jacobi minoris: quia statim addicitur.[Et mater filiorum Zebedei.] Sed quid est q⁹ dicitur. Maria cleophe ⁊ Maria Alphei: Soluit Hieron⁹. q⁹ potuit esse q⁹ illa Maria habuit virum qui fuit binominus. Unde vocabatur Cleophas ⁊ Alphæus. Uel potest dici q⁹ ꝑmo Cleophe nupsit: ⁊ mortuo illo nupsit Alphæo. Uel potest dici q⁹ Cleophas fuit pater/⁊ mater fuit vocata Salome: quia Mar. dicit. ⁊ Salome. vnde Salome est nomen mulieris. Unde patet error Magistri in glo. super. z. cap. ad Hal. q⁹ fuit nomen vir. Et Magistri in historia: quia in greco habet Solomei que est terminatio femine: que nullo modo inuenitur in masculino. ¶ Cum sero autez factum esset ⁊c.] In parte ista agitur de sepultura. scdo de veneratiõe. tertio de custodia. z⁹ ibi[Accepto corpore inuoluit ⁊c.] 3⁹ ibi[Altera autem die ⁊c.] Circa ꝑmuz primo conditio ponitur sepelientis. z⁹ eius petitio. Conditiones ponuntur quatuor. Unde[Cum sero factuz esset:] quia oportebat q⁹ remoueretur vt nõ in sabbato remaneret.[Uenit quidam homo ⁊c.] Ja describitur ex facultate: quia diues. Eccl. 31. Beatus diues qui inuentus est sine macula: ⁊ qui post aurum non abijt: nec sperauit in pecunie thesauros. Sed quare dicit eum diuitem. Dicendum q⁹ hoc non dicit propter eius laudem vel iactãtiam: sed ad hoc q⁹ potuit impetrare a Pilato q⁹ non potuisset vnus pauper. Itez describitur a patria: ga ab arimathia: qđ idem est q⁹ ramatha que fuit Samuelis. Et signat excelsum. Et iste excelsus fuit. Itez ex nomine ga Joseph qui accrescens signatur. Item ex religione: quia [⁊ ipse discipulus erat Jesu:] quia ex fide nõ exciderat. Joan. 8. Si vos manseritis in sermone meo: vere discipuli mei eritis. Tunc agitur de impetratione. Et primo ponitur petitio. scdo impetrato.] Et accessit ⁊c.] Et cõmendatur quia accessit. Sequitur impetratio[Tũc pilatus ⁊c.] Segtur de sepultura[Et accepto corpore Joseph inuoluit ⁊c.] Et agitur de cultu: ⁊ sepultura. De cultu fuit simplex cultus: quia simplici sindone. Et ideo ſm Hieron⁹. vituperatur cultus nimius sepulture. Per istã sindonem ſm mysterium tria signantur. Primo signatur caro Christi munda. Fit enim de lino: qđ per multaz pressuram dealbatur: sic caro Christi per multam pressuram ad candorem resurrectionis peruenit. Luc. vltio. Sic oportuit Christum pati ⁊c. Uel signatur ecclesiam non habentem maculam nec rugam. Et hoc signatur p istud linthcum q⁹ ex diuersis filys est contestum. Item signatur munda conscientia: vbi Christus quieuit. Et posuit euz ⁊c. Et quatuor dicit de isto monumento. Primo q⁹ erat suuz. Et satis conueniebat: q⁹ q pro peccatis aliorum moriuus erat: q⁹ in monumento aliorum sepelitur. Item dicit nouo: quia si alia corpora posita fuissent: nescirentur quis surrexisset. Item dicit q⁹ in petra: nõ in monumento ex diuersis lapidibus constructo vt omnis calũnia amoueretur. Sed quare non sub terra. Ratio fuit ne crederetur q⁹ discipuli p cauernas terre extraxissent eum. Item dicit q⁹ aduoluit saxum magnuz. Et ideo ga magnum: non potuerat a paucis reuolui: ⁊ maxime cũ essent ibi custodes. Tunc sequitur devotio mulierum. Uñ mulieres que ardentius amabant secute sunt eum vsqz ad sepulchrum. Unde dicitur[erat ibi Maria magdalena ⁊ altera Maria] ⁊ nõ nominatur Maria ꝯcebedei: que non erat ibi: quia non ita ardenter amabat. ¶ Altera autez die ⁊c.] Dic agitur de custodia sepulchri. Et tria facit. Primo ponitur petitio. z⁹ cõcessio. 3⁹ executio. Circa primum ponitur tempus ⁊ causa ⁊ petitio ⁊ periculum iminens. Tempus[Altera autem die ⁊c.] Parasceues preparatio dicitur. Unde iudei quia in sabbato nihil agebant: preparabant in precedenti die: ⁊ ideo parasceues. Unde ꝯ aliquid solemnitatis haberent: tamẽ maioris obseruatiõis erat sabbatum. Unde nihil in sabbato preparabant ex precepto Exo. 16. vbi precepit dominus q⁹ die veneris colligerent de mãna ad duos dies. ¶ Tunc conuenerunt principes sacerdotum] Uñ multum intenti erant ipsum persequi: quia non sufficit persequi vsq ad mortem: sed etiam post mortem. Undevoluerunt impedire resurrectionem. Sed quare conuenerunt. Sequitur causa[Domine recordati sumus q⁹ seductor ille] Seductorem vocant illum. Uñ Jo. 7⁹ dicit. q⁹ quidam ex eis dicebant: quia bonus est. Alij autem non/sed seducit turbas. Post tres dies resurgam. Istud habebant ex hoc qđ dixerat supra. 12. q⁹ sicut Jonas fuit in ventre ceti tribus diebus ⁊ tribus noctibus: sic erit filius hominis in corde terre tribus diebus ⁊ tribus noctibus. Et ponitur pars pro toto sicut supra expositum est. Itez ponitur petitio. ¶ Jube ergo custodiri sepulchrum.] Ipsum studium indecorum prodest nobis ad certitudinem. Unde quanto magis nocere intendebant: tãto magis proficiebant ad salutem credentium. Job. 6. Apprehendit sapientes in astutia eorum: quia qđ intendũt: dominus in aliud conuertit. Deinde ponitur intentio petitionis:[ne forte discipuli eius veniant ⁊ furentur eum: ⁊ dicant plebi resurrexit a mortuis.] Et in hoc prophetauerunt: ideo magis peccauerũt: quia mirabilia viderũt: ⁊ tamen non crediderunt posse resurgere. Sequitur concessio.[Ait illis Pilatus. Habetis custodiam.] idest habeatis

Matthæus.

Augustinus.

Hieronym⁹.

Error Eludij.

Hieronym⁹.

Hieronym⁹.

Error Magistrorum.

M

N

beatis custodiam. Qui dicens. In vobis est vt custodiatis eum. Sequitur executio. ¶ Illi autem abeuntes munierunt sepulchrum: signantes lapidem ꝛc. ¶ Unde nō sufficit q̄ custodes ponerent: sed etiam sigillauerunt. Nec sufficit eis q̄ milites hoc facerent: sed etiam ipsimet sigillauerunt. ps. Cōsilium malignantium obsedit me.

¶ Capitulum. XXVIII.

VEspere autem sabbati que lucescit in p̄ma sabbati: venit Maria magdalene ⁊ altera Maria videre sepulchrum. Et ecce terremotus factus est magnus. Angelus enim domini descendit de celo: ⁊ accedens reuoluit lapidē: ⁊ sedebat super eum. Erat autem aspectus eius sicut fulgur: ⁊ vestimentum eius sicut niz. Pre timore autez eius exterriti sunt custodes: ⁊ facti sunt velut mortui. Respondens autem angelus dixit mulieribus. Nolite timere vos. Scio enim q̄ Jesum qui crucifixus est queritis. Non est hic: surrexit enim sicut dixit. Uenite ⁊ videte locum: vbi positus erat dominus. Et cito euntes dicite discipulis eius: quia surrexit: ⁊ ecce precedet vos in galileam. Ibi eum videbitis: ecce predixi vobis. Et exierunt cito de monumento cum timore ⁊ gaudio magno: currentes nūciare discipulis eius. Et ecce Jesus occurrit illis dicens. Auete. Ille autez accesserūt ⁊ tenuerunt pedes eius: ⁊ adorauerunt eū. Tūc ait illis Jesus. Nolite timere. Ite nūtiate fratribus meis vt eant in galileam: ibi me videbunt. Que cum abijssent: ecce quidam de custodibus venerunt in ciuitatez ⁊ nuntiauerunt principibus sacerdotum omnia que facta fuerant. Et congregati cum senioribus: concilio accepto pecuniam copiosam dederunt militibus dicentes. Dicite q̄ discipuli eius nocte venerunt: ⁊ furati sunt eum nobis dormientibus. Et si hoc auditū fuerit a p̄side: nos suadebimus ei: ⁊ securos vos faciemus. At illi accepta pecunia: fecerunt sicut erant edocti. Et diuulgatum est verbū istud apud iudeos vsq̄ in hodiernum diem. Undecim autem discipuli abierunt in galileam in montem: vbi constituerat illis Jesus. Et videntes eum adorauerunt: quidam autem dubitauerunt. Et accedens Jesus: locutus est eis dicens. Data est mihi omnis potestas i celo ⁊ in terra. Euntes ergo docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti: docentes eos seruare omnia quecunq̄ mandaui vobis. Et ecce ego vobiscuz sum oib⁹ diebus: vsq̄ ad consūmationem seculi.

A

¶ Postq̄ cōpleuit sacramenta dominice passionis: agit euangelista de triumpho dominice resurrectionis. Et dubitatur quia primo ostenditur quomodo discipuli cognouerunt christi resurrectionem per auditum. 2° quomodo per visum: vt per auditum ⁊ visum fiat testificatio certa. Circa primum. Primo ponit̄ quomodo per auditum a mulieribus. 2° quomodo a custodibus. 2ª ibi. ¶ Que cum audissent ꝛc. ¶ Circa primū duo facit. Primo dicit quomodo mulieres cognouerunt per angelum. 2° per christi visionem ibi ¶ Et egressē ꝛc. ¶ Circa primum tria. Primo ponuntur persone quibus facta fuit reuelatio. 2° angelis reuelans. 3° reuelatio. 2ª ibi. ¶ Et ecce terremotus ꝛc. ¶ 3ª ibi. ¶ Respondēs autem ꝛc. ¶ Circa primum tria facit. Primo designat tempus. 2° personas. 3° studium. tempus. ¶ Uespere autem sabbati. ¶ Et circa hoc duplex est dubitatio. Prima de hoc q̄ dicit vespere. 2ª de hoc q̄ dicit lucescit. ¶ Circa primum est dubitatio: q̄ videtur contrariari Matth. ⁊ Joh. q̄ Jo. dicit q̄ adhuc tenebre erant. Quid ergo dicit hic. Uespere autem ꝛc. Dic est triplex solutio. Prima Hieron. q̄ venerunt vespere ⁊ mane. Et q̄ hic dicit vespere: ille quidem mane: non est dissonantia: sed sedulitas sanctaruz mulierum. Beda soluit sic: q̄ inceperūt venire in vespere: sed peruenerunt in mane. Sed nunquid erat tm̄ spatium: dicit q̄ non: sed tunc dicitur aliquis facere quando preparat se ad faciendum. Et hoc habetur in Luca: q̄ videntes monumentum ꝛc. In parasceue emerunt aromata: ⁊ in sabbato quieuerunt: ⁊ in vespere parauerūt se ad eundum. 3ª solutio est: Augu. Qui dicit q̄ modus consuetus in sacra scriptura est q̄ sumatur pars pro toto. Unde intelligitur vespere pro tota nocte sabbati. Unde vespere autem sabbati. i. que est post sabbatum. Unde vespere q̄ est initium prime sabbati. Simile habetur Gen. j. In cō memoratione operum dei. Et factum est vespere ⁊ mane ꝛc. Unde venerunt vespere: quia in vltima parte noctis. Et hec est que lucescit ꝛc. Uespere non lucescit: quia vespere tenebrescit. Unde venerūt quando lucescit. i. in prima hora diei. Notate q̄ iudei: omnes ferias incipiūt a sabbato. Unde prima sabbati dicitur dies dominica. Et si queras ab Augu. quare Marcus vtitur tali modo loquendi. Dicet q̄ vespere parauerunt aromata: ⁊ mane venerunt. Unde redit in idem qđ Beda dicit. Sed sm̄ Hieron. Quomodo intelligenduz q̄ dicit que lucescit: quia vespere tenebrescit. Sciendum q̄ iudeis dies incipit esse a vespere. Et ratio est q̄ a luna obseruabant dies. Luna autem incipit lucere a feroideo illa dies incipit a vespere: sed lucescit in p̄ma sabbati. Similis modus loquendi. Luce vltio. Erat autez parasceues ꝛc. Et iste modus loquendi mysterio competit primo ad solēnitatem dominice resurrectiōis: quia nox illa fuit lucida. ps. 138. Et nox sicut dies illuminabitur. Item competit humane restaurationi que facta est per christum. In primo enim homine fuit processus a die in noctem. ſ. peccati: ⁊ mutatus est status. ſ. a nocte in diem. Ad Ephe. 5. Eratis aliqñ tenebre nunc autem lux in domino. Item signatur q̄ qđ erat tenebrosum in lege ⁊ prophetis totum per resurrectionem christi lucescit. Tenebrosa aqua in nubib⁹ aeris. ps. 17. Hoc autem in resurrectione illuminatur: vt habetur Luce vltimo. Incipiens a Moyse ⁊ omnibus prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturis q̄ de ipso erant. Consequenter agit de ꝑsonis. ¶ Uenit Maria Magdalena ⁊ altera Maria. ¶ Et intelligitur mater

Cassio 1°. Hieronym⁹. Beda. Augustinus. Hieronym⁹.

Jacobi: Marcus addet terciam: ꝛ Salome. Unde Salome est nomen mulieris. Sed nō fuit sine mysterio ꝙ tres eiusdem nominis venerunt. Unde mulieri ꝑmo vo fuit apparere: quia in hoc quodāmodo reparatur sexus mulieris: quia sicut mulier ꝑmo in loco vite prius auxit mortem: sic in loco mortis per ordinationem diuinam ꝑmo vidit vitam. Eccle. 25. A muliere initium peccati factum est. Item eiusdem nominis quia per has vnitas significatur ecclesie. Primo enī vna fuit ex gentibus/vna ex iudeis/sed modo omnes sunt vna ecclesia. Cant. 6. Una est columba mea. Item vocantur Maria. Sicut enim ō vtero clauso: Maria suscepit puerum: sic iste exeuntem de tumulo clauso meruerunt videre eum. Unde iste venerunt videre sepulchrum: ꝛ in hoc signatur deuotio earum: quia non poterant satiari. Ideo eaꝝ non possent eū videre: volebant saltem videre sepulchrum. Ubi est thesaurus tuus ibi ꝛ cor tuum est supra. 6. ¶ Et ecce terremotus ꝛc.] Dic agitur de angelo reuelante. Et primo agitur aduentus angeli. 2° opus eius. 3° dispositio. 4° effectus. 1° ibi. [Et accedēs ꝛc.] 3° ibi. [Et sedebat ꝛc.] 4° ibi. [Pre timore autem ꝛc.] Et circa primum. Primo ꝑ signatur aduentus. 2° tangitur aduētus causa. ibi [Angelus autem ꝛc. Dicit ergo. [Et ecce terremotus ꝛc.] Hoc congruebat: ꝛ habet causaꝝ literalē. Una ratio ſm Chrysostō. Quia iste de nocte venerant: ꝛ ideo esse potuit ꝙ dormierunt ideo vt excitarentur factus est terremotus ad excitandum illos. Hieron. dicit. Or aliquid tactum erat de humanitate: ideo debebat aliquid tangi de diuinitate. Ideo cum agitur de sepulchro ꝙ erat humanitatis: fit terremotus: vt signaretur ꝙ talis mortuus nō poterat teneri sub terra. Fuit enim inter mortuos liber. ps. 87. Mistice bis factus est terremotus: vt per vnum significetur motus cordium: quia per mortem eius liberati sumus a peccato. Per alium translatio ad gloriā. Ro. 4. Traditus est propter peccata nostra ꝛ resurrexit propter iustificationem nostram. Et in ps. 59. Cōmouisti terram ꝛ conturbasti eam. Item huius resurrectio est quedam prefiguratio resurrectionis future. In futura autem erit tremor terre. ps. 75. Terra tremuit ꝛ quieuit cuꝝ exurgeret in iudicio deus. Et quare? Subiungitur. [Angelus domini descendit de celo.] Si terra nō potuit angelum sustinere: multo minus poterit aduentum christi ad iudicium. Et dicit descendit. Luꝝ enim angelus non circūscribatur locotamen diffinitur in loco ſm suam operationem: ideo aliquis motus ei conuenit. Item conuenit/ ꝙ per angelum denuntietur resurrectio tū propter gloriam illius per quem fit vt dicit Paulus. Actuum. 13. Deus suscitauit eum a mortuis. Eius autem ministri fūt Angeli. Item ad denotandum dignitatem resurgentis. De isto dicitur supra. 4. Or accesserūt angeli ꝛ ministrabant ei. Item competit quia per resurrectionem celestia terrestribus coniungebantur. ¶ Consequenter ponitur opus angeli. [Et accedens reuoluit lapidem ꝛc.] Et hoc ſm literam: vt panderet iter mulieribus: quia ſm veritatem iam surrexerat christus. Sicut enim de vtero clauso exiuit ita de signato sepulchro. Unde hoc factum est ad manifestandum mulieribus. Unde reuoluit: id est iterato voluit ad signandum gloriam resurgentis. Et hec reuolutio significabat manifestationem legis que scripta erat in tabulis lapideis. Consequenter ponitur dispositio. Et primo quo ad situm. 2° quātum ad aspectum. 3° quo ad habitum. Quātum ad situm: quia [sedebat:] non vt festinet ad signādum ꝙ doctor esset diuine resurrectionis. Item sedere est quiescentium. Et per hoc signatur quies quā ex resurrectione habuit in gloria. Ro. 6. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur ꝛc. Item sedere est dominantis. ps. 109. Dixit dominus domino meo/ sede a dextris meis. Et iste sedet [super lapidem] scilicet diabolum ad signandum ꝙ iam dominabatur ꝛ mortis ꝛ diaboli. ¶ Erat autem aspectus eius ꝛc.] Dic describitur ex aspectu. Et in hoc ps ꝙ apparuit in corpore assumpto. Sed quare [sicut fulgur:] Quia sicut fulgur claritatem habet: sic ꝛ angeli cognitionem. Dan. 10. Oculi eius quasi lampas. Sed christus est qui omnem venientem in hunc mundum illuminat. Jo. j. Item fulgur habet terrorem: sic aspectus angeli. Unde Luc. j. Dicitur ꝙ territus fuit Zach. ad vocem angeli. Item describit ex habitu. [Vestimēta eius sicut nix:] per qō candor iustorum. Mistice autem signatur gloria resurrectionis. Apoc. 3. Qui vicerit vestietur vestimentis albis. Item claritas vite. Eccl. 9. Omni tempore vestimenta tua sint candida. Item nota ꝙ dicit ꝙ aspectus ei° erat sicut fulgur: ꝛ vestimenta eius sicut nix. Quia in iudicio erit terribilis malis: ꝛ demulcebit bonos. Jo. 16. Uidebo vos: ꝛ gaudebit cor vestrum. ¶ Pre timore autem ꝛc.] Dic ponitur effectus apparitionis: quia in eorum cordibus exiit timor. Et merito: quia ex mala conscientia seruabant eum: ꝛ semper timida est nequitia. Sap. 17. [Et facti sūt quasi mortui:] qui christum in morte ꝙtum in ipsis fuit voluerunt detinere. Esa. 33. A voce angeli fugerūt populi. ¶ Respondēs autem ꝛc.] Dic sequitur denuntiatio resurrectionis. Et primo mulieres confortat. 2° studius cōmendat. 3° gaudium indicat. 4° officium iniungit denuntiandi. Dicit ergo. Respondens autem angelus ꝛc. Sed ad quid respondet? Intentioni mulierum. Non legitur eas aliquid fuisse locutas pre timore. Semper enī ita est ꝙ homo semper turbatur in apparitiōe angeli siue bonus/siue malus apparat angelus: quia natura humana fragilis est. Sed sicut dicit. B. Antonius/si bonus est angelus: semper dimittit consolatum: vt ps in apparitione Zacharie: ꝛ virginis Marie. Unde ꝙ dictum est ne timeas ꝛc. Luc. j. Sic ꝛ istas confortat. Et si dimittat desolatum hominem: constat ꝙ non sunt bonus angelus. Ideo dixit. [Nolite timere vos] q. dicens. Uestrum nō est timere: quia amatis christum. Non enim accepistis spiritum seruitutis in timore. Ro. 8. Non enim confortauit custodes: quia non digni erant. Tunc cōmendat studium. [Scio enim ꝙ Jesum qui crucifixus est queritis ꝛc.] Sed numquid angeli cognoscunt cogitationes? Uidetur ꝙ non. Hier. 17. Prauum est cor hominis ꝛ inscrutabile: quis cognoscet illud? Ego dominus scrutans corda ꝛ probans renes. Dicendum est ꝙ non: nisi per revelationem diuinam: vel per signum: quia frequēter per gestus corporis habet indicia voluntatis. ¶ Jesum quer[itis.] Nominat eum vt significet eundem esse. Jtez crucifixum. Et in hoc innuit paruam fidem caruꝝ: quia querebant eum in loco mortis ꝛ credebant eum morte posse teneri. Tunc annūciat resurrectionem. Surrexit scilicet propria virtute. ps. 3. Ego dormiui ꝛ somnum cepi: ꝛ exurrexi quia dominus suscepit me. Et hoc probat per recordationem verbi dei: quia ipse eligit: quia supra. 20. dixerat Et tertia die resurget. Uerbum enī domini nō potest deficere. Item indicat ex visu. [Uenite ꝛ videte ꝛc.] Unde viderunt lapidem reuolutum: ꝛ non viderunt christum: quia surrexit clauso tumulo. ¶ Tunc indicit eis officium denūtiationis. Et cito euntes dicite discipulis eius quia surrexit.] Et tria indicit. Primo quia denuntient resurrectionem. 2° quia locum. 3° quia visiones eis promittat. Et sicut prima mulier primo locuta est diabolo: sic cū hopo angelo pria locuta est: vt ola restau-

rarentur. 2° inuitatur locus. [Et precedet vos in galileā.] Et quare primo in galileam: Non enim prius visus est in galileam: sed in hierusalem. Sed quare magis nominat galileam: ad signandum q̄ ipse idem est qui solebat conuersari in galileam. Item vt a timore liberarentur: quia securius habitabant in galilea q̄ in iudea. Uel mistice dicitur galilea transmigratio: & potest signare translatum ad gentes. Unde videbitis in galileam: idest nuntiabitis nomen meum gentibus. Doc autem non facerent: nisi precederet eos. [Ibi eum videbitis sicut predixit vobis.] Unde verbum domini tāte potestatis est: q̄ non potest aliter esse. Sed hic est questio literalis: quia hoc dicitur q̄ viderunt eum sedentem super lapidem: in alio euangelista q̄ introeuntes in monumentum ꝛc. Solu it Augu. Q̄ bis viderunt visionem angelorum. Unde possibile fuit q̄ vnum viderunt extra: alium intra. Uel potest dici q̄ sepulchrum non solum dicitur lapis excisus: sed erat ibi aliqua materies: vbi includebatur monumentum. Unde Marcus dicit. Q̄ introeuntes in monumentum: non est intelligendum de lapide illo: sed de spatio in quo includebatur. Et hoc patet quia dicitur hic q̄ [exierunt cito de monumento cū timore & gaudio ꝛc.]

D ¶ Supra nuntiata est resurrectio mulieribus: hic certificantur de ipsa per christum. Et tria facit Euangelista. °Primo describuntur mulieres. 2° christi occursus. 3° iniungitur denūtiationis officiū. 2° ibi. [Et ecce Jesus ꝛc.] 3° ibi. Nolite timere ꝛc.] In prima tria notabilia est cōsiderare. °Primo mulierum statum. 2° affectum. 3° propositum. Status tangitur cum dicitur. [Exierunt cito.] Quātum ad literam. Monumentum non dicitur lapis excisus: sed illud spatium q̄ aliquo munimine erat firmum. Secundum mysterium monumentum est locus mortuorum: & per hoc signatur status peccati. ps. 87. Sicut vulnerati dormientes in sepulchris ꝛc. Unde exite de monumento est exite de peccato. 2. ad Corin. 2. °Propter hoc exite de medio eorum ꝛc. Et notate q̄ dicit. [cito:] quia de peccato est cito exeundum. Eccl. cap. 5. Non tardes conuerti ad dominum & ne differas de die in die. Item tangitur affectus duplex. s. timoris & gaudij. Timor de angeli visione: gaudium de resurrectione. Timor ex fragilitate humana: gaudium a visione diuina. ps. 29. Ad vesperum demorabitur fletus: & ad matutinum letitia. Sic peccator debet timere. Eccl. 5. De propitiato peccato noli esse sine metu. Sed gaudere debet de spe resurrectionis. ps. 2. Seruite domino in timore: & exultate ei cū tremore. Tunc tangit propositum. [Currentes nuntiate discipulis ꝛc.] Et istud penitentibus competit quia currere debent: & festinare vt proficiant in bonis. ad Corin. 9. Sic currite vt comprehendatis. Et ad Heb. 4. Festinemus ingredi ꝛc. Item tangit bonum propositum: quia voluit vt q̄ acceperant: alijs cōmunicarent. p° °Pet. 4. Unusquisq; sicut accepit gratiam in alterutrum administrantes. ¶ Et ecce Jesus.] Dic ponitur occursus Christi. Et primo ponitur occursus. 2° salutatio. 3° mulierum reuerentia. Dicit ergo. [Et ecce Jesus occurrit illis.] Et recte dicit q̄ occurrit: q̄ ex isperato occurrit dando gratiam. Sap. 6. °Preoccupat qui se concupiscunt: vt illis se prior ostendat. Ysa. 64. Occurristi letanti & facienti iustitiam. Item salutauit eas dicens. [Auete.] Auete in greco: gaudium signat. Unde dictum est supra q̄ cum gaudio ibant. Unde spirituale gaudiū semper augetur iniustice & hoc per spiritualem loquelam. ps. 84. Audiam quid loquatur in me deus. Et hec erāt verba consolatoria: quia sicut prima mulier audiuit maledictionem: sic iste mulieres audierunt benedictionem: & maledictioni benedictio respondet. ¶ Et tūc ille accesserunt ꝛc.] Unde accedūt: tenent pedes: adorant. Sic anima peccatoris non debet gratiam dei recipere in vanum. Et hoc signatur: quia accesserunt ps. 33. Accedite ad eum & illuminamini. Item debent firmiter adherere. Et hoc signatur in hoc q̄ [tenuerunt pedes eius.] Qui appropinquant pedibus eius accipient de doctrina. Item tangit reuerentiam in hoc: q̄ dicit. [Et adorauerunt eum ꝛc.] Quia ipsum deus recognouerunt. ps. 131. Adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius. Sed potest esse questio: quia Joā. vltimo dicitur ei. Noli me tangere. Hic autem dicitur q̄ tenuerūt pedes eius. Ideo intelligendum q̄ bis viderunt. Et semel viderunt vnum angelum: & dicit Augustī. alia vice duos. Sed etiam bis christus. °primo vidit Maria magdalena plorans: vt habetur. Jo. 20. Sed post alijs superuenientibus occurrit eis: & tunc tenuerūt pedes eius. Sz Maria Magdalena primo non potuit tenere eum. Et hoc fm Augu. Quia primo dubitauit: & ideo digna non fuit. Sed iam certificata: digna est effecta tangere Christum: vt tactus exterior concordaret interiori. ¶ Consequenter iniungit officium denuntiandi. Et vbi hoc facit. °Primo expellit timorem. 2° officiū iniungit. ibi [Jte ꝛc.] Dicit ergo. [Tunc ait Jesus eis. Nolite timere ꝛc.] Et bene factum est conuenienter: quia qui ad officium predicationis ponuntur: non debent timere. Unde dominus mittens discipulos suos dixit. Nolite timere. Timor autem est duplex: scilz seruilis & initialis: & hic est bonus. ps. 118. Confige timore tuo carnes meas. Unde dixit. [Auete.] vt augeret charitatem in eis. Sed quia perfecta charitas foras mittit timorem. p° Jo. 4. Ideo dicit. [Nolite timere.] Et primo dat annūtiandi officium. 2° perfectam charitatem ad suos ostendit. Iniungitur autem annuntiandi officium mulieribus: vt sicut mulier tulit verba mortis ad virum: sic econtrario congruebat mulieri vt esset nūtia salutis. Et primo tangitur denuntiatio. 2° locus apparitionis. Dicit ergo. [Jte nūtiate fratribus meis ꝛc.] Et quare dicit meis: Ad comprobandum veritatem nature. Quia enim exierat de sepulchro: & apparebat gloriosus: posset aliquis credere q̄ veram carnem non cepisset. Ideo dicit fratribus meis. Item propter similitudinem gratie: quia frater noster fieri voluit propter institificationem nostram. Ad Ro. 8. Ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Item fratres: idest coheredes. Here des quidem dei: coheredes autē christi. Ro. 8. Unde iā acquisita hereditate vocat fratres. ¶ Ut eant in galileā.] Hec verba videntur sonare q̄ primo apparuit in galileam. Iste non facit mentionem de alijs apparitionibus sed Beda dicit q̄ decem vicibus apparuit. Quinquies ipso die resurrectionis. °Primo Marie magda. vt Joā. 20. 2° bis duabus de quibus tangit hic Matth. 3° apparuit °Petro. Qualiter tamen & quando: non dicitur: sed q̄ fit factum: non tacetur in Luca. 4° duobus discipulis euntib⁹ in Emaus. 5° quādo omnibus discipulis apparuit excepto Thoma. Uerum post istas leguntur quinq; alie. °primo post alias fuit quando dic octaua omnibus discipulis apparuit: & Thome. 2° quādo apparuit in piscatione quando °Petrus dixit vado piscari. Jo. vltimo. Alia que hic dicitur. Alia quando exprobrauit incredulitatem. Ultima quando in monte oliueti: cum ascendit in celum. Marci vlti. Tamen alie fuerunt: sicut dicit °Paulus. 1. Corin. 15. Sed quid est q̄ dicunt: & angelus: & christus q̄ precedet vos in galileam. Chrysosto. dicit q̄ hoc propter hoc dicit: quia solebant ibi conuersari. Item vt

Euthio. Euthio. Augustinus. Augustinus. E Beda. Chrysosto.

Augustinus. securi essent ibi: & secure eum expectarent. Tamen Augusti. sm mysterium dicit q galilea transfiguratio dicitur. Unde signat transmigrationem ad gentes. Uel huius mundi: in gloriam. Apostolus. 2ª Corin. 5. Dum sumus in hoc corpore: peregrinamur a domino. ¶ Que cum abyssent &c.] Dic agit de denuntiatione que facta est per custodes. Et primo ponit impedimentum. 2° impedimentum ibi. [Et congregatis &c.] Dicit ergo. [Et cū abyssent &c.] Et quare tñ expectauerunt. Dicendum q dictum est q pre timore exterriti sunt custodes. Et forte hoc fecit dominus ne molestiam mulieribus inferrent. ¶ Ecce quidam de custodibus: venerunt in ciuitatem: & nuntiauerunt principibus sacerdotum.] Et quare principibus: quia habebant familiaritatem. Item quia ab eis acceperant pactum. Nihilominus nunciauerūt Pilato. Unde in quadā epistola quē misit Pilatus ad Tyberium scriptum est: quomodo custodes nuntiauerunt Pilato &c. [Et nuntiauerunt.] Jam signabatur q per ora gentilium erat manifestanda christi resurrectio. Tunc ponitur malitia impedientium. Et primo tangitur malitia principum. Secundo corruptio custodum. Tertio plebis. Circa primum concurrunt quatuor ad exaggerandum malitiam istorum. 1° ponitur congregatio. Unde dicit. [Et congregatis &c.] Quia non vnus tñ. Daniel. 14. Egressa est iniquitas a senioribus populi. Item exaggeratur malitia: quia hoc nō fecerunt ex infirmitate: sed ex malitia siue ex maligno consilio. Et hoc est consilium impiorum: de quo ps. 1mo. Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum. Item fraudem fecerunt quia oblatam pecuniam expenderunt in vsum mendacij. Unde sciebant illud Eccle. 10. Q pecunie obediunt omnia. Sicut dicit Hieronymus. Similes sunt istis qui bona ecclesiastica expendunt ad faciendam voluptatē. Item in hoc q suaderunt mendacium. Et primo suadēt. Scdo impunitatem promittunt. Suadent mendacium. [Dicite quia discipuli eius &c.] Dicere. 9. Docuerunt linguam suam loqui mendacium. in ps. 26. Mentita est iniquitas sibi. Et vere vt ait Hieronymus mendacium: quia discipuli ita stupefacti erant q non ausi fuissent accedere. Item si debuissent accedere: accessissent primo die quando non aderant custodes. Item hoc patet: quia remanserunt linteamina. Unde si ablissent eis non dimisissent. Item constat q cum aromatibus sepultus est. Unde linteamina adherebant vt colla. Unde vix potuissent amouisse. Item lapis erat magnus. Unde nō potuissent sine magno adiutorio & sine strepitu multo solui ssse. Item arguit sic Augusti. Aut venerunt vobis vigilantibus: aut dormientibus. Si vigilantibus: quare non cecidistis eos. Si dormientibus: quomodo vidistis. Et sic apparet q mendacium fuit. Deinde impunitatem promittunt. Unde possent dicere: crimus puniti si presses audiret. Unde dicit. [Si hoc auditum fuerit a presidē: nos suadebimus ei: & securos.] Et quomodo poterunt istud facere: Dicendum q presses non multum curabat. Item sciebant q non puniret eos nisi ad petitionem eorum: ideo sciebant q &c. In hoc signatur cautela diaboli. ¶ At illi acceptā pecunia fecerunt sicut erant edocti.] Non est mirum si milites corrupti fuerunt pro pecunia: quia & vnus de discipulis eius corruptus erat. Eccles. 9. Auaro nihil est sceleratius. ¶ Et diuulgatum est.] Et non solum vsquequo fuit scriptum hoc: sed etiam vsq; nunc.

G ¶ Undecim autem discipuli abierunt in galileam &c.] Supra auditum est quomodo notitia resurrectionis peruenit ad discipulos ex reuelatione mulierum. Dic quomodo ex eius visione. Et dividitur: quia primo ponitur Christi apparitio. Secūdo apparentis instructio. 2° ibi. [Et accedens Jesus &c.] Circa primum tria facit. Primo describitur locus visionis. 2° visio. 3° officium. Dicit ergo. [Undecim autem discipuli &c.] Quia obedientes christo abierunt in galileam. Quod dicit undecim: intelligendum q iudas abierat. Joā. 6. Duodecim elegi vos: & vnus ex vobis diabolus est. Sed duo sunt notanda q christus videtur in galilea: & q in monte. Galilea interpretatur transmigratio. Per hoc signatur q nullus potest videre deum nisi ex duplici transmigratione transferatur: scilicet a vitio ad virtutem. supra. 5. Beati mundo corde: quoniam ipsi deum videbunt. Item a mortalitate ad immortalitatem. Unde dicit Apostolus. ad Phil. 1mo. Coartor autem e duobus desiderium habens dissolui & esse cum christo. Item visus est in monte ad signandum q qui vult videre deum oportet q tendat ad celsitudinem iustitie. ps. 83. Ibunt de virtute in virtutem. Item q in monte significat excellentiam illam ad quā exaltatus est per resurrectionem: quia dum fuit in mundo: fuit in valle mortalitatis: & ascendit in montem immortalitatis per resurrectionem. Esa. 2. Elevabitur super colles: & fluent ad eum omnes gentes. Et notate q apparet eis. [in loco vbi constituerat: in quo signatur obedientia: q; soli obedientes veniunt ad visionem diuinam. In Joā. 15. Si diligitis me mandata mea seruate. Et sequitur. Et ego diligam eum: & manifestabo ei meipsum. ps. 118. A mandatis tuis intellexi: idest ab obseruatione mandatorum. Unde in veteri lege nemo poterat ascendere in montem. Nouā lex supplet. Et necessarius fuit q eis apparuerit: quia testes debebant ad tantum opus dari. Sz ipse dedit testes non solum de auditu sed etiam de visu. 1ª Joan. 1°. Quod vidimus & audiuimus hoc testamur. Sed quis sto est: quando fuit facta hec apparitio. Et sm q Augusti. dicit. In prima die resurrectionis non fuit: quia in sero fuit visio vbi Thomas non erat. Item nec infra octauam: aut in octaua die: quia in hierusalem fierunt octo diebus. Nec possumus dicere q statim post octo dies quia contradiceremus Joāni qui dicit q quādo manifestauit se ad mare Tyberiadis iam. 3° manifestatus est Jesus. Et hoc hic non est. 3° sed post hanc tertiam facta est. [Et videntes.] Notandum q consideratium dei magnalia duo sunt genera: quia quidam habēt illa in reuerentia. Unde Abraam dixit. Gen. 18. Loquar ad dominum meum cum sum pulvis & cinis. Et Job. 9. Quātus sum ego vt respondeā ei: & loquar verbis meis cum eo &c. Et sequitur. Ideo me reprehendo: & ago penitentiam in fauilla & cinere. Item hec reuerentia reperitur in angelis. Apoc. 7. Quod omnes angeli ceciderunt in conspectu throni in facies suas: & adorauerunt deum. Et hoc est: quia quanto magis aliquis eum cognoscit: eo magis reuerentur eum. Sed aliqui in infidelitatem vertuntur. Volunt enim omnia adequare suo intellectui. Unde quecunq; non intelligunt: blasphemant. Sic fuit de discipulis: quia [Et videntes eum adorauerunt &c.] ps. 131. Adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius. [Quidam autem dubitauerunt.] Ideo dominus tradidit se palpandum: vt dicit Luce. 24. ¶ Et accedens Jesus.] H Dic ponitur instructio facta a christo. Et tria sunt consideranda. 1° potestatem denuntiat. 2° officium iniungit. 3° auxilium futurū promittit. 2° ibi. [Euntes &c.] 3° ibi. [Ecce ego &c.] Dicit ergo. [Et accedens &c.] Discipuli dispartiti erant: quia quidam eum in reuerentiam habebant: quidam autem dubitabant; ideo indigebant

Hieronym°.

Augustinus.

Anselm. Augustinus.

verbo scilicet q manifestaret se: t q confortaret eos. Sic accessit ad totum populum. Esa.9. Populus gentiū qui ambulabat in tenebris vidit lucē magnam. Jtē nuntiauit potestatē. ⌊ Data est mihi omnis potestas tē. ⌋

Hieronym⁹. Et sicut dicit Hieronymus. Data est potestas ei qui a populo ante crucifixus est. Potentia dei nihil aliud est ḡ omnipotentia. Et hec data non est christo: quia non convenit Christo fm humanitatem. Conuenit autem ei aliquid t fm q homo: t fm q deus. Unde in Christo fm q homo est scientia: voluntas: t liberum arbitrium. t similiter fm q deus. Duplex ergo in Christo est voluntas scilicet creata t increata. Potest ergo argui / q duplex ⌋

Anselm⁹. est potentia: t duplex scientia tē. Est ergo questio: quare sicut cōmunicatur ei omnis scientia: quare non omnipotentia. Ratio est ista. Scientia t cognitio est fm assimilationem cognoscentis ad cognitum: quia sufficit q species cognitorum sint in cognoscente aliquo modo: vel q ita per essentiam cognoscat: vel q sint indite: vel ita q accipiantur a rebus. Qualitercunq; sint: sufficit ad cognitionem: ideo non oportet q essentia sit omnium: sed q sit capax omnium. Hoc autem est esse receptionis infinite: sicut materia prima. Sed potentia actiua sequitur actum: quia quātum est actu: tm habet agere. Ideo qui habet omnipotentiam actiuam habet potentiaz ad actū omnium. Hoc autem non est nisi quia habeat potentiaz infinitam. Quod non conuenit christo inquātum homo: sed solum inquātum deus. Quid ergo dicit q ⌊ mihi est

Hylarius. data omnis potestas tē. ⌋ Notandum fm Hylarium / q datio potest intelligi siue quātum ad diuinitatem: qua pater ab eterno suam essentiaz cōmunicauit filio: t qua sua essentia est sua potentia: ideo ab eterno dedit suam potentiam. Uel potest etiaz referri ad christum fm humanitatem. Sed intelligendum q humanitas Christi aliquid accepit gratia vnionis: t hec sunt omnia que sūt deo propria. Aliquid autem accepit consequens vnionem: vt plenitudinez gratie t huiusmodi. Et hec est quasi effectus vnionis. Joānis.ꝑ. Uidimus eum quasi vnigenitum a patre plenum gratie t veritatis. In omnibus ergo his que insunt christo gratia vnionis: non oportet q omnia dicantur fm duplicitatem. Sed in alijs que consequuntur. Unde dico q potentia est data: non quia alia potentia sit data: sed data est fm q est vnita verbo vt filio dei per naturam: sed Christo per graciam vnionis. Sed quare magis dicit post resurrectionez: data est

Anselm⁹. mihi omnis potestas: ḡ ante resurrectionem: Dicendus q in scriptura dicitur aliquid fieri: quando primo innotescit. Sic ergo ante resurrectionem non fuit ita manifestata omnipotentia ꝫ eam habuit: sed tunc fuit maxime manifestata quando potuit totum mundum conuertere. Possimus t aliter dicere q potestas significat quendam honorem presidentie: sicut dicimus homines in potentatibus. Et sic accipitur hic potestas. Constat autem q christus qui ab eterno habebat regnum mundi: vt dei filius: execucionem accepit ex resurrectione: quasi d. Jaz sum in possessione. De ista habetur. Daniel.7. Judicium sedebit vt auferatur potentia: t conteratur / t dispereat vsq; in finem. Regnum autem t potestas t magnitudo regni de populo sanctoꝝ altissimi: cuius regnū: regnū sempiternum est: t omnes reges seruient ei: t obedient. Unde intelligitur quedam presidentia actualis. Sicut si exaltaretur filius ad exercitium potestatis quā naturaliter habebat. Apoc.5. Dignᵘˢ est agnus qui occisus est accipere virtutem t diuinitatem tē. ¶ Euntes autē tē. ⌋ Dic iniungit officium. Et triplex iniungit officium. Primo docendi. 2° baptiçandi. 3° officiuz informandi quātum ad mores. Dicit ergo. ⌊ Euntes tē. ⌋ Et hoc sic sequitur q.d. Data est mihi omnis potestas a deo q non solū indeci sed etiā gentes conuertantur ad me: ideo quia tempus est. ⌊ Euntes tē. ⌋ Joan.20. Sicut misit me pater: t ego mitto vos. Et Luc.22. Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum tē. Et dicit. ⌊ Euntes ergo docete. ⌋ Quia hoc est primum in quo debemus instruere: scilicet in fide: qua sine fide impossibile est placere deo. Ad Hebr.xj. Et ex hoc inolcuit in ecclesia q primo catheçizat baptiçādos: deinde instruit in fide. Et potestate accepta: mittit ad omnes gentes. Et hoc est quod dicit ⌊ Docete omnes gentes. ⌋ Dedi te in lucem gentium: vt sis salus mea vsq; ad extremum terre. Esaie.49. Et postq; docti sunt de fide: data officium baptiçandi. ⌊ Baptiçantes eos tē. ⌋ Jq. diceret. Qui ad dignitatem promouetur: oportet q primo nouiciet ei dignitas: vt ei post in reuerentia habeatur. Ad Gal.3. Quicunq; in Christo baptiçati estis: Christum induistis. Sed que est forma baptismi? ⌊ In nomine patris: t filij: t spiritus sancti. ⌋ In christo duo sunt: humanitas t diuinitas. Humanitas est via non finis. Joan.14. Ego sum via veritas t vita. Ueritas: tanq; finis cōtemplatiue. Uita: tanq; finis actiue. Non volo q in via: scilicet in humanitate maneatis: sed vlterius transeatis ad diuinitatem. Ideo oportet q duo signarentur: t humanitas t diuinitas. Per baptismum humanitas. Ad Ro.6. Consepulti enim sumus cū illo per baptismum in mortem tē. Et per formam verborum / diuinitas: ita q sanctificatio est per diuinitatem. Et ideo dicit. In nomine patris: t filij tē. Et ratio est: quia per baptismum fit regeneratio: t in regeneratione tria requiruntur. Primo cui fiat. 2° per quem. 3° quo. Uni. L. deo patri: vt dicit Apostolus. Roma.8. Quos prescisit hos t predestinauit conformes fieri imaginis filij sui. Et Joan.ꝑ. Dedit eis potestatem filios dei fieri his qui credunt in nomine eius. Per quem: quia per filiuz. Gal.3. Misit deus filium suum: vt adoptionez filiorum reciperemus: quia per adoptionem ad naturalem filium: hi nos filij. Item quo: quia accepimus donum spiritus sancti. Ad Ro.8. Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorū dei. Ideo oportuit fieri mētionez de patre: filio: t spiritu sancto. Et ista in baptismo christi fuerunt: quia fuit filius per quem: pater a quo: t spiritus sanctus in columba. Et dicitur in nomine: id est in inuocatione nominis. Uel in virtute nominis: quia virtutem habet. Dicre.14. Tu autē in nobis es domine: t nomen tuum inuocatum est super nos: ne derelinquas nos. Jtē dicit in nomine: non in nominibus: t confunduntur hereses que non ponunt distinctionem: in hoc quod dicit. In nomine patris t filij: sed confunditur Arrius per hoc q in singulari dicit. In nomine. Notandum q in primitiua ecclesia baptiçabatur in nomine christi: t hoc vt redderetur nomen venerabile. Sed nunquid modo sufficeret. Credo q non: quia ex presso requiritur inuocatio trinitatis. In christo continetur implicite trinitas. Sic ergo inducit vt eos instrueret ad baptismum. Sed contra Apostolus dicit / q non misit eum deus baptiçare: sed euangeliçare. Sed baptiçare per alios: sicut christus non baptiçabat: sed discipuli eius. ¶ Docentes eos tē. ⌋ Sed nunquid sufficit ad salutem credere t baptiçari. Non. Immo etiam requiritur instructio morum. Ideo dicit / docentes seruare omnia quecunq; tē. ps.118. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis. Et dicit que mandauit: non que ꝓfuit. Unde in

Sabellⁱᶜus confunditur t Arrius.

Obiectio. Solutio.

phetauit: ⁊ ciuitatis sue ruinas quadrupli-
ci planxit alphabeto: qđ nos mensure metri
versibusq; reddidimus. Preterea ordinez
visionū q apud grecos ⁊ latinos oino ꝓfu-
sus est: ad pristinā fidē correximus. Libruz
autē Baruch notarij eius: q apud hebreos
nec legit̄: nec habet̄: pretermisimus. pro bis
oībus maledicta ab emulis p̄stolantes: qb⁹
me necesse est per singula opuscula respon-
dere. Et ħ patior: qa vos cogitis. Ceterꝝ ad
cōpēdiū mali recti⁹ fuerat modū furori cor
silentio meo ponere: q̄z quotidie noui aliqd
scriptitantē inuidorū insaniam prouocare.

¶ Expositio. S. Thome super prologū Sancti Hiero.

HIc aūt libro Hieremie: q libruz de he-
braeo in latinū trāstulit: ꝑmittit ꝓhe-
miū in quo more rhetorico tria fac. ꝑ reddit
attentos. 2° docilles facit. ibi⁊ Dic vaticina-
ri ⁊c. 3° benivolos. ibi⁊ Qđ nos mēsure ⁊c.⁊
Reddit aūt attētos 2ª. ꝑ ex scripture ꝓfunditate. 2° ex
scribētis auctē. ibi⁊ Sacerdos ex sacerdotib⁹.⁊ Circa p̄m
duo fac. ꝑ cōmēdat ꝓfunditatē mysteriy: in q̄ equat ipm
alijs ꝓphis. ibi⁊ Sed sensib⁹ par.⁊ Et cām oñdit: vnitatē
spūs inspirantis. ibi⁊ Quippe q codē spū ꝓphetauerit.⁊
p̄ Lozin. 14. Spūs est qui logatur mysteria. Job. 32. In-
spiratio oipotentis dat intelligentiā. 2° excusat rusticita-
tem eloquij. ibi⁊ Porro ⁊c.⁊ Et ideo ipse dicit infra p̄mo.
Nescio loqui: qa puer ego sum. Auctoritatē aūt scribētis
ostendit ex trib⁹. p̄mo ex gīe simul ⁊ dignitate. ibi⁊ Sa-
cerdos ex sacerdotibus.⁊ Unde suum erat docere legez.
Malach. 2. Labia sacerdotis custodiūt sciam: ⁊ legē re-
quirunt ex ore eius. 2° ex ꝓuilegiata sanctitate. Et in ma-
tris vtero ⁊c. Uñ dicit. cap. p̄. Antēq̄ exires de vulua san-
ctificaui te. 3° ex carnis integritate⁊ virginitate⁊que ꝓhet
ex hoc qđ dicit. infra. 16. Nō accipies vxorē in loco isto:
⁊ nō erunt tibi filij. ¶ Dic vaticinari ⁊c. Dic reddit do
ciles determinās tēpus⁊ captiuitatē vrbis⁊ nō soluz spi-
ritu⁊futurā⁊ sed ⁊ oculis carnis⁊ p̄sentez: ⁊ determinās ma
A Hic ostēdit obstinationē ipsi⁹ ppli q̄si p exprimētū. Et ꝓmo ga ꝓtenūt pdicationē. 2° ga plequunt̄ pdicatorē. ibi. Et dixerūt &c. Circa ꝓmuz duo. p ponit pdicatio reuocās eos ad pniam. 2° ponit ꝓtēnentiū despatio. ibi. Qui dixerūt. Desperanim⁹ &c. Circa ꝓmū duo. prio designat dñs ppbe reuelatiōis locū. in domuz figuli. vt ex ipsi⁹ opis similitudine ppbetia sumeret. In quo significat̄ q descēdenti in cōsideratiōne iuc ifirmitatis:✠ba domini reuelant. Sap.1. Luz simplicib⁹ sermocinatio eius. Descēdi jacentē in inferiorē ptē ciuitatis. vbi bō artifices morabant̄. 2° ponit reuelatū ✠bū. Et p ponit similitudinē. 2° ex similitudine sumit rōnē. ibi. Repēte &c. Circa ꝓmū duo. ꝓmo ponit factū figuli vnde similitudo sumitur: ponēs vasi destructionem. & ecce ipse. Eccl.38. Figulus sedēs ad opus suū:& uertēs pedib⁹ suis rotā q in solicitudine positus est semp pp opus suum:& inumera est eius operatio eius. Et destructi vasis restaurationez. conuersusq; Sap.15. Figulus mollē terrā pmens:laboriose fingit ad vsus nros vnūquodq; vas & de eodē luto fingit q

mūda sunt in vsuz vasa: z filr que bis sunt cōtraria. 2° ponit similitudinis adaptationē[z factū est]Et ꝓmo ponit questio[Numqd]Esa. 64. Et nūc dñe: pater nr es tu nos Xo luteuz: z fictor noster tuus: z opa manuū tuarū oēs nos. 2° respōsio[Ecce sicut lutū]Sap. 7. In manu ipsi° z nos z ꝓmones nri: z ois sapia: z opex scientie disciplina.

¶ Repēte loquar aduersus gētē z aduersus regnū: vt eradicē z dēstruā z dispdaz illud. Si pniaz egerit gens illa a malo suo qō locut° suz aduersus eā: agā z ego pniam sup malo qō cogitaui vt faceré ei: z subito loq̄r de gēte z regno vt edificē z plātē illud. Si fecerit malū in oculis meis vt nō audiat vocez meā: pniaz agā sup bono qō locut° sum vt faceré ei. Nūc ergo dic viro Juda: z habitatori hierlm dicēs. Hec dicit dñs. Ecce ego fingo ꝛ vos malū: z cogito ꝛra vos cogitationē. Reuertat vnusqsq a via sua mala: z dirigite vias vestras z studia vestra.

B Obiectio. ¶ Dic sumit rōnē ex ꝓdicta filiatōne. Sz obuiat ꝛ id qō dī hic: illud qō habet Numeri 23. Non est de° vt bō vt mētiat: neq; vt fili° hois vt mutet. Sed B nō pōt cē sine mēdacio q° aliqs dicat futurū: qō nō cueniat: neq; sine mutatiōe: si pniaz agat. q̄ tē. Ad qō dōm q° est duplex ꝓphetia ꝛm Dicron. in glo. sup Matth. ca. p. s. ꝓdestinationis: in his que nō dependēt ex libero arbitrio: sz tm ex dei dispōne q̄ immutabilis est: z ideo hāc necesse est oib° modis euenire. Alia est ꝓscie de his ēt que libero arbitrio nō subiacēt: sz ꝓcedūt a deo ꝛm q° de° ꝓscit finaliter cuētū vnūscuiusq; rei. Et sic ēt sntia diuina nō mutat facta mutatiōe in hoie: sed nō in deo. Et ideo pnia accipit nō ꝛm mutationē diuine dispōnis: sed diuine sntie plate ꝛm causas iferiores. Et ideo dicit repēte]z subito loquēs de deo ad filiationē hois. Dicit eni aliqs repēte log qñ sine ꝑmeditatiōe logat̄r. Doc aūt ꝓuenit qñ tm ad presens: amissa futuri ꝓsideratiōe: respicit. Circa B q̄ duo facit. ꝓmo ponit diuine sntie reuocabilitatē. in malis: ponēs sntie ꝓnūciationez[vt eradicē]auferēdo oēm firmitatē. supra. p. Cōstituti te hodie sup gētes z sup regna: vt euellas z destruas z dispердas z dissipes z edifices z plātes. Et sntie reuocationē[si pniam]Osee. 11. Cōuersum est in me cor meū: pariter cōturbata est plenitudo mea. Et in bonis: ponēs sntie ꝓmulgationez[Et subito]Job. 22. Si reuersus fueris ad oipotentē: edificaberis: z longe facies iniquitatē a tabernaculo tuo. Et reuocationē si fecerit malum. Ezech. 18. Si auerterit se iustus a iustitia sua z fecerit iniquitatez iuxta oēs abominationes quas operari solet impius. Nūqd viuet: oēs iustitie eius quas fecerat: non recordabunt̄: in ꝓuaricatiōe qua ꝓuaricat° est: z in peccato suo qō peccauit: in ipsis morient. 2° inducit cognitionez. Et ꝓmo ꝓponit excogitatā penā[Nunc ergo. fingo]sicut figulus[malū]penc. Esa. 45. Ego dñs faciēs pacez z creās malum. 2° cōcludit penitentiam[reuertat. vias]opera[studia]cogitationes[dirigite]recta facite. Ezech. 33. Conuertimini a vijs vestris pessimis.

¶ Qui dixerūt. Desperauim°. Post cogitationes eni nostras ibimus: z vnusqsq prauitatē cordis sui mali faciem°. Ideo hec dicit dñs. Interrogate gētes. Quis audiuit talia horribilia q̄ fecit nimis virgo isrl. Nūqd dēficiet de petra agri nix libani: aut euelli ꝑcūt aq̄ erūpentes frigide z dēfluentes? Quia oblitus est mei pplus me° frustra libātes z ipuigētes in vijs suis z in semitis seculi: vt ambularēt p cas in itinere nō trito: vt fieret terra eoz in desolationem z in sibilum sempiternū. Oīs q ꝓtercierit per eas: obstupescet: z mouebit caput suū. Sicut ventus vrens dispergā eos coram inimico: dorsum z nō faciez ostēdam eis in die perditionis eoz.

¶ Dic ponit ꝓtēcentiaz desperatio. Et ꝓ ponit desp̄atio [desperauim°]supra. z. Dixisti, desperau nequaq̄ facia adamaui gppe alienos z post eos ambulabo. 2° ponitur desperātū ꝓdēnatio[ideo hec dic]Et ꝓ arguit i eis horribile culpā in cōparatiōe gētū[Interroga gētes]supra z: Trāsite ad insulas cethym z videte: z in cedar mittite: z ꝓsiderate vehemēter: z videte si factū est hūsmodi mutauit gens deos suos. Et certe ipsi nō sunt dij. Ezech. 5. Lontē ꝑsit iudicia mea vt plus cēt ipsa q̄ gentes: z ꝑcepta mea vltra q̄ terre q̄ in circuitu ei° sūt. Et stultitie insensibilū que ordinē sibi a deo ꝓfixū tenēt[Nūqd de petra]Et nō tādū q° liban° est mons magn°: z hz in sūmitate magnā latitudinē: in q̄ sūt agri z spelunce petraz: in q̄s gaudi° solis nō queunt: z seruant niues ꝑpetuo[cuelli]vt nō fluant de libano: z alys altis mōtib°. q. d. nō. Eccl. 3. Didici q° oia opa q̄ fecit de° ꝑseuerēt in ꝑpetuū. Nō possumus eis qcq̄ addere nec auferre: q̄ fecit dñs vt timeat. Et cō ditione operū: ga inutilia[frustra libātes]. i. idolis. Ro. 6. Quē ergo fructū habuistis tūc in illis in q̄b° nunc erubescitis: ga nocua[z ipigētes]. i. offendētes. Esa. 60. Impegim° i meridie q̄si in tenebris. in caliginosis q̄si mortui: ga turpia[in semit̄ seculi]. i. idolatrie post q̄s seculus totū vadit. Job. 22. Nūqd semitā seculoz calcauerūt viri iniqui: q̄ sublati sūt aī tps suum: z fluuius subuertit fundamētū eoz: q̄ dicebāt deo: recede a nobis tē. Et difficilia[vt ambularēt nō trito]a scis ꝑib°. Uel ga vana petā excogitabant. Sap. 5. Ambulauimus vias difficiles: viā aūt dñi ignoraui°. Mich. 2°. Uia trita gradiemur. 2° cōminat supēdā penā. ꝓ q̄ ad terre desolationē[vt fieret]vt cōsequat̄. Treui. p. O vos oēs qui trāsitis p viā: attēdite z videte si est dolor sicut dolor me°. 2° quātū ad gētis destructionē: sicut ventus q oēs fruges dēsiccat[inimico]babylonico. supra. 4. Uētus vrens in vijs q̄ sunt in deserto vie filie ꝑpli mei: non ad vēntilādum z ad purgādum. 3° diuini auxilij cessationem[dorsum]ad modum hominis irati. Deut. 32. Abscōdam faciem meam ab eis: et considerabo nouissima eorum. ꝑs. Ut quid domine repulisti in finem: iratus est furor tuus super oues pascue tue.

¶ Et dixerūt. Uenite z cogitem° ꝛra Hieremiā cogitatiōes. Nō eni peribit lex a sacerdote: neq; ꝛ filiū a sapiente: nec ꝛmo a ꝛphēta. Uenite z percutiamus eū lingua: z nō attendamus ad vniuersos sermones ei°. Attende de dñe ad me: z audi vocez aduersariorum meoz. Numqd redditur ꝓ bono malū: qa foderūt foueā aie mee? Recordare q° steterim in ꝓspectu tuo vt loquerer pro eis bonum z auertere indignationē tuā ab eis. Propterea

da filios eoꝝ in famē: ⁊ deduc eos in manu gladij. Fiant vxores eoꝝ absq; liberis ⁊ vidue: ⁊ viri eaꝝ interficiantᵘ morte. Iuuenes eoꝝ ꝑ gladio in ꝓlio: audiat clamor de domib⁹ eoꝝ. Adduces.n. sup eos latronē repēte: qa foderūt foueaꝫ vt caperēt me: ⁊ laqueos abscōderūt pedib⁹ meis. Tu aūt dñe scis oē ꝯsiliū eoꝝ aduersus me i mortē. Ne ppitieris iniqtati eoꝝ: ⁊ pctm̄ eoꝝ a facie tua nō deleat. Fiāt corruentes in ꝓspectu tuo: in tēpore furoris tui abutere eis.

D ¶ Hic ostēdit eoꝝ obstinatio: ex eo q; psequebant p̄dicatores eoꝝ in figurā psecutionis Chr̄i. Et ꝓmo ponitur aduersariorꝝ persecutio ponēs psequendi ꝯsiliū [Uenite] Sap. 2. Dixerūt impij cogitātes apud se nō recte. Et infra. Circūueniamus iustū: qm̄ inutilis est nobis: ⁊ ꝛra rius est opib⁹ nr̄is ⁊c. Persecutionis argumētū [Nō eni peribit lex] legis dispositio [sermo] iouine reuelatiōis. q. falso ꝑ futurus ꝓdixit. Ecōtra Eccl̄i. 7. Peribit lex a sacerdote: ⁊ ꝯsiliū a seniorib⁹. Et persequēdi modū [ligua] detrahendo ⁊ accusando [Nō attēdamus] q. timētes cōminationes ipsius ꝓp̄s. Et pacuerūt vt gladius ill̄as suas firmauerūt sibi sermonē nequā. Eccl̄i. 28. Flagelli plaga liuorē facit: plaga aūt lingue cōminuet ossa. 2° ponit ꝑ pbete oīo. Et ꝓmo petit audiētiam [Attēde ad me] i. ad mea merita. Deu. 3. Audisti opprobriū eoꝝ dñe: cōs cogitationes aduersus me. 2° ꝓponit ingratitudis culpas: ponēs ingratitudinē [Nunqd reddit] q. d. nō est ꝯsuetū: nō est iustū [foueā] decceptionē. vt tolerent vitā meā. ꝓp. ꝓposuerūt aduersus me mala ꝓ bonis: ⁊ odiū ꝓ dilectione mea. Et ingratitudinis probationem [Recordare] ꝛ. 1 Mach. vlt°. Dic est fratrū amator ⁊ populi israel. Dic est q multum orat pro populo ⁊ vniuersa sancta ciuitate Hieremias ꝓpheta. 2° ꝓ. 3° ipecat̄ penā. Et primo pene inflictionem quātum ad pueros [propterea da filios. supra. 15. Qui ad gladiū ad gladiū: ⁊ q ad famē ad famē: et q ad captiuitatē ad captiuitatem. Quantus ad matrimonio uentes] siant vxores. Osee. 9. Da eis vulua sine liberis ⁊ vbera arentia. Et quantū ad viros bellicosos [iuuenes. clamor] plāctus. Esa. 15. Clamorem cōtritionis lamentabunt. 2° pene occultationē: vt ꝑcuere nō possint [Adducens latronē] Nabuchodonosor: qui subito super eos veniat. Abdias. Si fures ⁊ rassent ad te: si latrones q. noctem: quō conticuisses: Et assignat rōnem [qa foderunt] q. d. iustus est vt decipiantur qui me decipere voluerūt. ꝓp. Laqueum parauerūt pedibus meis: incurrauerunt alam meam. Et inducit ꝓbationem [Tu aūt] Deu. 3. Uidisti dñe iniqtatē illoꝝ aduersum me: iudica iudiciū meum. 2° excludit īnie reuocationē: excludēs misericordiam [Ne ppitieris] mūdando a culpa [Non deleat] liberādo a pena. ꝓp. In memoriā redeat iniqtas patrū eius in conspectu dñi: ⁊ peccatū matris eius non deleat. Et ipecat̄ penaꝫ [fiant corruētes. abutere] i. in malū vtere: vel cōtra ꝯsuetudinē clementie mee. Esa. 3. Ruit hierlm ⁊ Judas cōcidit: qa lingua eoꝝ: ⁊ adinuētiones eoꝝ contra dñm: vt prouocarent oculos maiestatis eius. ¶ Notandum q; est gdam sibilus bonus diuine inspiratiōis. Zach. 10. Sibilabo eis ⁊ congregabo illos: quia redemi eos. Humilis ꝯfirmationis. 3. Reg. 19. Post ignē sibilus aure tenuis. cōpassionis. Isa. 49. Dis qui trāsibit p eam stupebit: ⁊ sibilabit sup omnes plagas eius. Itē est sibilus malus inique ꝑsuasionis. Sap. 17. Serpentū sibilatione cōmoti: a remedijs deficiebāt. Ps. Intulantiōis. Deu. 2. Dēs transcūtes p vias sibilauerūt ⁊ mouerūt capita sua super filiaꝫ hierlm. Deccine est vrbs dicentes ꝑfecti decoris: gaudiuꝫ vniuerse terre. Et stupozis. Isa. 25. Posui eos in stupozē ⁊ in sibilū ⁊ in solitudines sempiternas. ¶ Itē super illud verbū [vt loquerer] p eis bonus] nota q; Chr̄istus loquit pro nobis bonum ad ipetrādū veniam. Luc. 23. Pater ignosce illis qa nesciunt qd faciūt. Ad excusandaꝫ culpaꝫ. p° Jo. 2. Aduocatuꝫ habem⁹ apd patrem Jesum Chr̄im iustum: ⁊ ipse est propitiatio p peccatis nostris. Ad Heb. 12. Accessistis ad testamēti noui mediatorē Jesum ⁊ sanguinis aspersionē melius loquentē q; Abel. Et ad ipetrādā gliā. Jo. 17. Uolo vt vbi ego sum ⁊ illi sint mecū: vt videāt claritatē meā quā dedisti mihi.

¶ Capitulum. XIX.

HEc dicit dñs. Uade ⁊ accipe lagūculā figuli testeq; a seniorib⁹ populi ⁊ a seniorib⁹ sacerdotū: ⁊ egredere ad vallē filioꝝ ennon q̄ est iuxta introitū portę fictilis: ⁊ ꝑdicabis ibi verba que ego loquor ad te: ⁊ dices. Audite vbū dñi reges Juda ⁊ habitatores hierusalē. Hec dicit dñs exercituū deꝰ isrl̄. Ecce ego inducā afflictionē sup locum istū: ita vt oīs q; audierit illā: tinniant aures eiꝰ eo q; dereliquerint me: ⁊ alienū fecerint locū istum: ⁊ libauerint in eo dīs alienis quos nescierūt ipsi ⁊ patres eoꝝ ⁊ reges Juda: ⁊ repleuerūt locum istū sanguine innocentū: ⁊ edificauerunt excelsa Baalim ad cōburēdos filios suos igni in holocaustuꝫ Baalim: que nō precepi: nec locut⁹ sum: nec ascenderunt in cor meū. Propterea ecce dies venient dicit dñs: ⁊ non vocabit̄ amplius locus iste thophet ⁊ vallis filij ennon: sed vallis occisionis. Et dissipabo consilium Juda ⁊ hierusalem in loco isto: ⁊ subuertam eos gladio in cōspectu inimicorum suoꝝ: ⁊ in manu q̄rentiuꝫ aias eoꝝ: ⁊ dabo cadauera eoꝝ escā volatilib⁹ celi ⁊ bestijs terre: ⁊ ponaꝫ ciuitatem hanc in stupozem ⁊ in sibilū. Omnis qui preterierit per eam obstupescet: ⁊ sibilabit super vniuersa plaga eius. Et cibabo eos carnib⁹ filiorum suoꝝ: ⁊ carnib⁹ filiarū suarum: ⁊ vnusquisq; carnes amici sui comedet in obsidione ⁊ in angustia in qua cōcludent eos inimici eoꝝ: ⁊ q querūt aias eorum.

A Hic cōminatur cōsūmatam penam. Et ꝓmo designat predicationis locuꝫ [ad vallē. porte fictilis] vbi figuli habitabāt [Et ꝑdicabis ibi vba] Ezech. 3. Audies de ore meo verbum ⁊ annūtiabis eis ex me. 2° ponit predicationis verbum. Et ꝑ in loco a deo prefinito. 2° in templo. ibi [Uenit aūt ⁊c.] Circa ꝓmum duo. ꝓmo predicit eaꝫ verbo. 2° ꝓsignat eā facto. ibi [Et conteres ⁊c.] Circa ꝓmum. ꝓmo cōminatur penam in gñali petens audiriꝫ [Dices. Audite ꝓp. Et

nunc reges intelligite:erudimini qui iudicatis terrā pre-
ducens penam. ¶ Hec dicit dñs.timuerunt.j.q.ex cōmotiōe
cordis p stupore:sicut ex cōmotiōe magni soni.p' Reg.
3°.Ecce ego faciā verbuz in israel:qđ qcūqz audierit tin-
nient ambe aures eius.4' Reg.21.Ecce ego inducā ma
la sup hierlm z Judā:vt qcūqz audierit tinnīāt ambe au
res eius.Et affignās cām:culpā populi.eo q dereliquc-
rint j Esa.p.Dereliq̄rūt dñm:blasphemauerūt scīm isrl:
abalienati sunt retrorsuz.Et culpā regis q̄tū ad simplex
homicidiū. z reges Juda j4' Reg.21 Sāguiné inoxiū
fudit Manasses multū numis:donec ipleret hierusalez
vsq ad os.Et q̄tū ad homicidiū unctuz sacrilegio. Et
edificauerunt jps.Effuderūt sanguiné innocētez:sangui-
né filioz suo z. z filiarū suarum quas sacrificauerūt scul
ptilibus chanaā.z° ponit penā in spāli.Et primo q̄uz ad
mala que passi sunt in vrbis captiōe:ponēs interfectionē
bolum. ¶ Propterea ecce dies veniēt jvbi desinat occi-
sor multitudinē. z nō vocabit j supra.7°.Idem. Cōsiliq
dissipationē. Et dissipabo jquo debellare Nabuchodo
nosor cogitauerat in loco isto:qa ibi occasi sūt.Job.5.Ap
prehēdit sapientes in astutia sua z consiliū prauoz dissipat.
Et occisionis spēm. Et subuertā j Ezech.21.Dic est gla-
dius occisionis magne:q obstupescere cos facit.z corde
tabescere:z multiplicat ruinas.Et ponēs abiectionez ca-
dauer. Et dabo cadauera jps.Posuerūt mortalia suo-
rum tuoz escas volatilib' celi:carnes sanctoz tuorū be-
stijs terre Et ponēs destructionē vrbiuz. Et ponam j su-
pra.18.Idē.z° penam quaz passi sunt in obsidiōe. Et ci-
babo eos j Deut.28.Comedes fructū uteri tui:z carnes
filioz tuoz z filiarū tuarū quas dederit tibi dñs de' tu?
in angustia z vastitate qua oppīmet te hostis tu°.Treñ.
4.Manus mulieruz miserecordiū coxerūt filios suos:
facti sunt cibus earū in contritione filie populi mei.

¶ Et cōteres lagūculā in oculis viroz q ibūt
tecum z dices ad eos. Hec dicit dñs exerci-
tuū. Sic cōterā pplm istū z ciuitatē istaz: si-
cut conteritur vas figuli qđ non potest vl-
tra instaurari. Et in topbet sepelientur: eo q̄
non sit alius loc' ad sepeliendum. Sic faciā
loco huic ait dñs: z habitatoribꝰ eius vt po
nam ciuitatem istam sicut topbet. Et erunt
domus hierusalez z domus regū Juda si-
cut loc' topbet imūde:oēs domus in quaz
domatibꝰ sacrificauerunt omni militie celi:
z libauerunt libamina dijs alienis.

B ¶ Dic designat p̄dictā penā facto. Et p ponit factū. Con
teres lagūculaz j Esa.10.Ecce dñator dñs exercituū con-
fringet lagūculā in terrore z excelsi statura succident:et
sublimes humiliabunt.z° facti significatū. Et dices ad
eos j q̄tū ad pplī occisionē. Sic cōterā j Esa.30.Cōmi-
nuet sic cōteret lagena figuli cōtritiōe pualida.z° q̄uz ad
sepulture locū. z in topbet j vel occisiōis multitudinē. si
pra.7. Idē.3° quātuz ad vrbis destructionē. sic faciā j sīt
topbet imūdaz z fine domibꝰ. ¶ in quaz domatibus j.a.in
fūmitatibus domoz que plane erant z in eis idola cole
bāt.Esa.22.Ascendisti z tu omnis in tectaclamoris ple-
na:vrbs frequens:ciuitas exultans.

¶ Venit aūt Hieremias de topbet quo mi-
serat eū dñs ad ppbetādū: z stetit i atrio do
mus dñi: z dixit ad oēm populum. Hec di-
cit dominus exercituuz de' israel. Ecce ego
inducam super ciuitatez hanc z sup' omnes
vrbes eius vniuersa mala que locutus sum
ad eam:quoniā indurauerunt ceruicē suam
vt non audirent sermones suos.

¶ Postq̄ dixerat p̄dicta in valle topbet ad pplm:reuer-
tit ad templū vt annuntaret ea pplo:q ipm seq noluit.Et
planū ē.Act.7.Dura ceruice z incircūcisi cordib' z auri-
bus:vos semp spūi sctō resistitis:sic z pres vestri z vos.

¶ Capitulum.XX.

ET audiuit phassur filiꝰ emmer sa-
cerdos q̄ constitutꝰ erat princeps i do
mo dñi Hieremiā ppbetātez ser-
mones istos. Et percussit Phassur
Hieremiā ppbetā: z misit eū in neruum qđ
erat in porta Beniamin superiori in domo
dñi. Cūq illuxisset i crastinū eduxit Pbas-
sur Hieremiā de neruo: z dixit ad eū Hiere
mias. Nō Phassur vocauit dñs nomē tuū
sz pauorē vndiq:qa hec dicit dñs. Ecce ego
dabo te in pauorē z oēs amicos tuos z cor-
ruēt gladio inimicoz suoz: z oculi tui vide-
būt. Et oēm Judā dabo in manu regis ba-
bylonis: z traducet eos in babylonē z per-
cutiet eos gladio. Et dabo vniuersaz substā
ciuitatis huius: z omnez laborē ei' omneq̄
preciū z cunctos thesauros regū Juda:do
bo in manu inimicoz eoz z diripient eos z
tollent: z ducent in babylonem. Tu autem
Phassur z oēs habitatores domus tue ibi-
tis in captiuitatē: z in babylonem venies z
ibi morieris/ibiq̄ sepelieris tu z oēs amici
tui quibus prophetasti mendacium.

Finita cōminatiōe ꝺ pplm:incipit cōminatio ꝺ p̄nci A
pes.Et p ponit cōminatio prophete ꝺ p̄nci-
pes.z° ꝺspiratio p̄ncipū ꝺ ppbaz.ifra.26.ca. ¶ In p̄n° re-
gni ꝛc. j Circa p'm duo.p cōminat ꝺ p̄ncipes iudaici pplī.
z° ꝺ illos z alios.ifra.25.cap. ¶ Uerbū qđ factū ē ꝛc. j p° in
duas. In p° cōminat ꝺ p̄ncipes in fūmo dignitat gradu
p̄stitutos. In z° ꝺ oēs cōminat.ifra.23.ca. ¶ Ueh pastori-
bus ꝛc. j Circa p'm duo p cōminat ꝺ fūmū i dignitate spi-
rituali.l.ꝺ fūmū sacerdotē.z° ꝺ fūmuz i dignitate tēpora-
li.l.ꝺ regē.ifra.21.ca. ¶ Uerbū qđ factū ē ꝛc. j Circa p'mum
duo.p ponit cōminato ꝺ fūmū sacerdotes.z° pp picula
q̄ ex B.ppbe imminēbāt ponit ipsi' ꝺquestio.ibi. Seduxi
sti me dñe ꝛc. j Circa p'm duo.p ponit cōminatiōis occa-
sio ex ppbe precutiōe:vbi ponit precutiōis rō. ¶ ppbetā-
tem ꝑmones istos ꝺ ciuitatē:B cui erat officiū fūmi sacer-
dotis:vt.l.falso ppbetātes coripet.ifra.29.Dedit te dñs
sacerdotē p Joiade sacerdote vt sis dux i domo dñi su-
per oēz virū arreptitiū z ppbetātez vt mittas eū in ner
uuz z in carcerē ꝛc.Prophe precutio. z posuit i neruū j
in carcerē:genus tormēti ad detinēdū captiuos. ¶ Benia-
min j q̄ dicebat i tribū Beniamin:erat enī ciuitas sita in
primio duaz tribuū. ¶ supioz j qa sorte plus erāt porte du-
cētes in terra illa. ¶ i domo dñi j vñ i illa porta exercebat
iudiciū de ppbis.z de ministris templi.Et ibi claudebant
in carcere.Treñ.3.Circūedificauit aduersum me vt non
egrediar:aggrauauit cōpedez meū.Et ppbete liberatio

[q̄uz]

[Cuq; simile Act.4. Factū est autem in crastinum ꝛc. ps. Qui eduxit vinctos in fortitudine. 2° ponit cōminatio. Et p̄ ponitur pene designato ex imitatione nois. [Et dixit ad eum. Loquitur ad modum bois timidi q̄ vndiq; circūspicit. Prouer. x. Pauor bis qui operant malum. 2° ponit pene cōminatio. [Quia hec dicit dñs.] Et p̄ q̄tum ad ipsius amicos [ter. ꝛ oēs amicos.] ps. Sacerdotes eor. in gladio ceciderūt. 2° q̄tum ad subditos: ponens captiuitatem boūm. [Et oēm iudam.] Treñ. p. Migrauit iudas pp̄ afflictionē ꝛ multitudinē seruitutis: habitauit inter gētes: nec inuenit requm. Et direptionē bonor. [Et dabo vniuersam.] Esa. 39. Auferentur oia que in domo tua sunt: ꝛ q̄ thesauriçauerūt p̄res tui vsq; ad diem hāc i babylonē. Non relinquet quicq̄ dicit dñs. 3° q̄tum ad ipsius domesticos. [Tu aūt Phassur: mēdaciū] promittens prospa. Esa. xx. Quasi pilam mittet te dñs in terrā latā ꝛ spatiosā. Ibi morieris ꝛc. Amos. 7. Filij tui ꝛ filie tue in gladio cadēt: ꝛ humus tua funiculo metiet: ꝛ tu in terra polluta morieris: ꝛ israel captiu⁹ migrabit ō terra sua.

¶ Seduxisti me dñe ꝛ seduct⁹ sum: fortior me fuisti ꝛ inualuisti. Fact⁹ sum in derisum tota die. Omnes subsanabant me: quia iam olim loquor vociferās iniquitatem ꝛ vastitatem clamito. Et fact⁹ est mihi sermo dñi in opprobrium ꝛ in derisum tota die. Et dixi. Non recordabor ei⁹: neq; loquor vltra in nomine illi⁹. Et fact⁹ est in corde meo q̄si ignis exestuās: clausus q; in ossib⁹ meis: ꝛ defeci ferre nō sustinēs. Audiui. n. increpationes multorum ꝛ terrorem in circuitu: persequimini ꝛ psequamur eum ab oib⁹ viris q erāt pacifici mei ꝛ custodientes latus meū: si quomodo decipiatur ꝛ p̄ualeam⁹ aduersus eum: ꝛ cō sequamur vltionem ex eo. Dñs aūt mecum est tanq̄ bellator fortis: ideirco q̄ psequunt me cadent ꝛ infirmi erūt ꝛ p̄fundent̄ vehementer: q; nō intellexerunt opprobriū sempiternū q̄ nunq̄ obliuiscet. Et tu dñe exercituū probator iustus q̄ vides renes ꝛ cor: videā q̄so vltionē tuam ex eis. Tibi. n. reuelaui causam meam. Cantate dño: laudate dñm: q; liberauit aiam pauperis de manu malor.

¶ Dic ponit ꝓphete cōquestio. Et p̄ plangit iniunctū officiū. 2° natiuitatis ortum. Circa p̄m duo. Primo plangit iniunctū officium pp̄ psecutam irrisionem. 2° pp̄ psecutionem. ibi [Audiui. n. ꝛc.] Circa p̄m tria. Primo quasi conquerendo notificat iniunctionis modum. [Seduxisti i. occasionem decepti ex dbis tuis accepi. Credebam enī me pphetaturū ō gentes: ꝛ non ꝓra iudeos a quibus psecutionem patior. Non aūt vult ponere crimen decepti in deū: q; blasphemaret [inualuisti] ponens officium mihi renitenti: vt supra p̄. Et hoc p̄cipue: q; fructū p̄dicationis sue nō vidit. Esa. 49. In vacuum laborauī sine causa ꝛ vane fortitudinē meā cōsumpsi. 2° proponit p̄dicationis euentū: ponens irrisionē [factus sum in derisum: subsanabant] frugatione nasi: irrisionē propalantes. Treñ. 3. Factus sum in derisum oi populo meo: canticū cor tota die. Et assignat rationē: ponens predicationis verbū quo arguebat aperte culpas: ꝛ cōminabat penas [q; iam olim: vastitatem] que tñ nondum venit. Esa. 16. Dis q̄ letantur sup murum cocti lateris: loquimini plagas suas. Et ꝓsequens opprobriū.] Et fact⁹ est: in opprobriū. Opprobrij causa. Act. 26. Festus Paulo dixit; multe te ad insaniā te deduxerūt. 3° resignat iniunctū officium. [Et dixi.] Et p̄ abiecit officium. [Non recordabor i. nō cogitabo vlteri⁹ loqui ad populū. Nolebat. n. margaritas ante porcos spargere. Matth. 7. Nolite sanctū dare canib⁹. 2° officium abiectus resumit. [Et factus est q. ignis.] Quāto. n. magis qs exteri⁹ a dbis abstinet: magis intus feruore amoris sentit. ps. Concaluit cor meū intra me: ꝛ i meditatiōe mea exardescet ignis [in ossib⁹] in timis meis [defeci ia proposito] ferre nō sustinēs] sterius incēdiū. ¶ Dic conquerit̄ de officio assumpto ex eo q̄ psecutiones sustinebat. Et p̄ ponit aduersariorum persecutio. Et p̄mo: psequentiū multitudinem [multor] ibus resisti non p̄t [persequimini] in quo notatur ipsorum cō iuratio. Ponit et familiaritatē ab omnibus: pacifici] in quo notatur imminens periculū. Abdias. Omnes viri federis tui ꝛc. Illuserūt tibi: inualuerūt ō te viri pacis tue. 2° ponit ꝓphete confortatio ponens diuinū auxiliū. [Dñs autem mecum] ad defendendū. Esa. 50. Dominus de⁹ auxiliator meus: ꝛ ideo non sum ꝓfusus. Et ipsius officium. Et ideirco cadēt: q; persequunt Esa. 40. Deficiēt pueri: ꝛ laborabunt: ꝛ iuuenes in infirmitate cadent. [Confundent̄: q; opprobria dixerunt [q; nō intellexerūt] i. intelligere noluerunt [opprobrium] eterne dānationis: vel future captiuitatis. ps. Confundant̄ ꝛ reuereant̄ qui querunt aiam meā vt auferant eam. 3° ponit petitio vbi captat benīuolentiam cōmendans iustitiā [probator] i. approbator: vel ingitor ꝛ discussor: sciam [q; vides renes:] q̄tum ad affectiones: [ꝛ corda] q̄tum ad cogitatiōes. Iere. 17. Ego dñs scrutās cor ꝓbans renes: q; do vnicuiq; iuxta viā suā ꝛc. Petit vindictā [videā quesō] assignat cās [tibi. n. reuelaui] nō hoc ignorāti: sz totā cām meā i te ponens, supra. xj. Tibi. n. reuelaui cām meam. 4° ponitur grār actio [Cantate. ps. Quia liberauit pauperem a potente: pauperem cui non erat adiutor.

¶ Maledicta dies in qua natus sum: dies in qua peperit me mater mea: nō sit benedicta. Maledictus vir q annūtiauit patri meo dicens: natus est tibi puer masculus: ꝛ quasi gaudio letificauit eū. Sit homo ille vt sunt ciuitates quas subuertit dñs ꝛ nō penituit eū. Audiat clamorē mane ꝛ vlulatus in tpe meridiano: q; nō me interfecit a vulua vt fieret mihi mater mea sepulchrum: ꝛ vulua eius conceptus eius. Quare de vulua egressus sum vt viderem laborem ꝛ dolorem: ꝛ cōsummerent̄ in confusione dies mei.

¶ Dic plangit natiuitatis sue ortū. Sed obuiat ō hoc q̄ dic dñs. Sanctor. n. est gr̄iari in tribulationibus: vt dñs ad Ro. 5. Ergo vr q̄ Hieremias nō debuerit p̄ tribulationibus in maledictionē prorūpere. Preterea dies: creatura dei est: maledicere aūt creature dei est pena. Ergo ꝛc. Preterea dies trāsitoriū gd est: ꝛ huic pena maledictionis aptare stultū est. Ergo ꝛc. Preterea, nullus ds innocēti maledicere: sz ille bō in hoc q̄ Hieremiā nō interfecit: innocens fuit. q̄ peccauit ipsi maledicēdo. Ad p̄m dicendū, q̄ tribulationes in se cōsiderate: male sūt inducētiam nature bone: vt dicit Augustin. Et sic eas abhorrere nāli odio: peccatum nō est. Si aūt pp̄ eas rō a sua rectitudine

D Obiectio.

Solutio.

Augustinus.

dedicerēt: hoc esset peccatū. Cōsiderate aūt ſm q̄ pro-
mouent in bonū: sic sancti in ipsis gloriant̄: sicut ifirmus
in sectione per quā sanat̄. Ad 2m dicendū ꝙ ad 3m ꝙ dici
in sua natura ꝓsiderate nō maledicite: q̄ hoc esset stultū:
t peccatū: sed inq̄tū mala est: prout. Caligd mali in ipsa
accidit: sicut eō dies festus agit̄ pp aliq̄ bonū qđ die il-
Gregorius. lo accidit: t hoc significat illa maledictio. Hzego. tm respi
ciens ad nām ipsi⁹ dici dicit ꝙ ad ſram nō pōt intelligi.
Et silr dicēdum ad vltimū: q̄ nō maledicit illis boibus
nisi inq̄tuz relationē hūt ad finem actū. Unde p hoc dat
intelligere horrorē finem: bipbolice loquēs: t tedium vite
sue pp angustias quas patiebat̄. Circa hoc ergo duo fac̄.
Prio ponit maledictionē ō natiuitatis tps. ¶ Maledicaz
dies. ¶ Job. 3. Pereat dies in q̄ dictū est: Accept⁹ est homo.
ō natiuitatis nūtiuz. ¶ Maledict⁹ vir: gaudiū. ¶ Gene. 21.
Gaudiū fecit mihi dñs: t q̄cūq̄ audierit: corridebit mihi.
Et explicat maledictionis modū. ¶ sit hō: ciuitates. ¶ Isa.
25. Posuisti ciuitatē in tumulū: vbē fortē in ruinam. Et
ō vite ministrū g. s. vitā ꝓseruatiz. ¶ audiat clamorem ſ. s.
mortis. ¶ vt fieret sepulchrū ¶ quasi nō cōputatus erit iter
boies. ¶ ceptus eternus ¶ g. s. nunq̄ ad debitū partū per-
uenisset. Job. 3. Quare nō in vulua mortu⁹ sum: egressus
ex vtero: non statim perij: 2° ponit maledictiōis ratio.
¶ Quare de vulua. ¶ supra. 15. Ueh mihi mater mea: q̄re
genuisti me viz rixe: viz discordie in vniuersa terra. p̄
Mach. 2. Ueh mihi vt qđ natus sum videre ꝓtritionez
ppli mei: t ꝓtritionē ciuitatis sancte: t sedere illic cū dat̄
B in manib⁹ inimicoꝝ. ¶ Nota sup illud ꝛbū. Seduxisti
me dñe t̄c. Et inualuisti t̄c. Ex dñs seducit trahēdo ꝓsua-
sionib⁹. p̄⁹ Lot. vlt. Cū essem astut⁹: dolo vos cepi. Allici-
endo ꝓsolationib⁹. Apoc. x. Cū deuorassem eū: amarica-
tus est vēter me⁹. Cōsortando ꝓmissionib⁹. sup. 4. Ergo
ne decepisti populū istum t hierusalē dicēs pax erit vo-
bis: t ecce pueuit gladius vsq̄ ad aiam. ¶ Insaluefecit aūt
dñs corrigēdo. Isa. 8. In forti manu sua erudiuit me: ne
irez in via ppli sui⁹. A noxys retrahēdo. Osee. 2. Sepiā
viā tuā spinis: t sepiā eā maceria. Amore alligādo. Osee
xj. In funiculis Adaz trahā eos: in vinculis charitatis.

¶ Capitulum. XXI.

VErbū qđ factū est ad Hieremiaz
a dño: qñ misit ad euz rex sedechi-
as phassur filiū melchie t sophо-
niam filiū Maasie sacerdotem di
cens. Interroga pro nobis dñm: q̄r Nabu-
chodonosor rex babylonis preliat̄ aduersuz
nos si forte faciat dñs nobiscum ſm oia mi-
rabilia sua: t recedat a nobis. Et dixit Hie-
remias ad eos. Sic dicetis sedechie. Hec di
cit dñs deus israel. Ecce ego ꝓuertam vasa
belli q̄ in manib⁹ vīs sūt t qb⁹ vos pugna
tis aduersum regē babylonis t chaldeos q̄
obsident vos in circuitu murorꝝ: t ꝓgrega-
bo ea in medio ciuitatis huius: t debellabo
ego vos in manu extēta t in brachio forti t
in furore t in idignatione t in ira grandi: t
percutiaz habitatorez ciuitatis huius.

A Hic ponit cōminatio ō regez q̄ obtinēt sūmuz gradū
in potestate seculari. Et p ſm q̄ reges puniunt̄ p
penā populi. 2° ſm q̄ puniunt̄ in ꝓpria ꝓsona. xx. cap.
¶ Hec dicit dñs t̄c. ¶ Circa p̄mum duo. Prio ponit regis itez
rogatio vl petitio. ¶ Interroga ¶ q. d. queras diuinū rāsuz
¶ oza. p nobis ¶ Dic phassur nō est idē q̄ supra: q̄r ex alio
pie nato. Isa. 37. Dies tribulatiōis t correctiōis t blas-
phemie dies hec: q̄ venerūt filij vsq̄ ad ptum: t virt⁹ nō
est pariēdi: t infra. Leua q̄ oīonē ꝓ reliquijs q̄ repte sūt.
2° ponit ꝓphete rāsio. ¶ Et dixit Hieremias ¶ Et p cōmi
nat̄ penā q̄ntum ad tpz ciuitatis captionē: ō tria in q̄bus
ꝓfidebant. ¶ in armoꝝ munitione. ¶ Ecce ꝓuertam ¶ q. d.
arma q̄ ō hostes assumpsistis: in vosipsos ꝓuertent̄: q̄r ō
vos muicē pugnabitis. ps. Conuertet̄ dolor ei⁹ in caput
ei⁹: t in vertice ipsi⁹ iniquitas ei⁹ descendet. Uel ꝓuertent̄
q̄si sine fructu. Confidebāt et in muroꝝ fortitudine ō qđ
dicit ¶ chaldeos ¶ q. d. nō ipedientibus muris. Treni. 4.
Non crediderunt reges terre: t vniuersi habitatores or-
bis: q̄m ingrederet hostis t inimicus per portas hierlm.
Confidebāt et in diuina protectiōe: ō qđ dicit. ¶ Et debel-
labo: manu extēta ¶ i. potētia mea ad vindictā parata. ¶ for
ti ¶ aut resisti nō pōt. ¶ furore q̄ntū ad pessimos. ¶ idignatio
ne q̄ntū ad min⁹ peccātes. ¶ in ira grādi ō mediocres.

¶ Boies t bestie pestilentia magna morien-
tur. Et post hoc ait dñs: dabo sedechiam re
gem iuda t seruos ei⁹ t populuz ei⁹ t qui
derelicti sūt in ciuitate hac a peste t gladio
t fame in manu nabuchodonosor regis ba
bylonis: t in manu inimicoꝝ eoꝝ: t i manu
querentiū aiam eorum: t percutiet eos in ore
gladij: t non flectet̄: neq̄ parcet: nec misere
bit̄. Et ad populū hūc dices. Hec dicit dñs
de⁹. Ecce ego do coram vobis viā vite t viaz
mortis. Qui habitauerit in vrbe hac: morie
tur gladio t fame t peste: q̄ aūt egressus fue
rit t trāsfugerit ad chaldeos q̄ obsidēt vos:
viuet t erit ei aia sua q̄si spoliū. Posui enim
faciem meā sup ciuitatē hāc in malā t nō in
bonū ait dñs. In manu regis babylonis da
bitur: t exuret eaz igni. Et domui regis iu-
da. Audite verbū dñi domus Dauid. Hec
dicit dñs: Judicate mane iudiciū: t eruite vi
oppressum de manu calumniantis: ne forte
egrediatur vt ignis indignatio mea: t succē
datur: t non sit q̄ extinguat propter malitiā
studioꝝ vestroꝝ. Ecce ego ad te habitatri-
cem vallis solide atq̄ campestris ait domi-
nus: que dicitis: q̄s ꝓtiet nos: t q̄s ingre-
diet̄ dom⁹ nostras. Et visitabo super vos
iuxta fructum studiorum vestroꝝ dicit do-
minus: t succendam ignem in saltu ei⁹ t de
uorabit omnia in circuitu eius.

¶ Dic tāgit modū ipugnatiōis. Ezech. 20. In manu vali B
da t in brachio extēto t i furore effuso regnabo sup vos
t adducā vos in desertū populoꝝ: t iudicabor vobiscuz
ibi facie ad faciē. Et q̄ntuz ad tpz post vrbis captionem.
¶ Et post hoc ¶ cōminans penā ¶ dabo sedechiā. ¶ Treni. p.
Dedit me dñs ¶ in manu. ¶ Et excludit misericordiā. ¶ Et
nō flectet̄ ꝓcib⁹ vel muneribus ¶ neq̄ parcet. ¶ pp pristinā
amicitiā ¶ neq̄ miserebit̄ ¶ ex cōpassiōe misericor. ꝓuer. 6.
Zelus t furor viri nō parcet in die vindicte nec acquiet

ntuſq; ꝑcib⁹ nec ſuſcipiet p redemptiõe dona plurima. Et hoc qz pactũ nõ ſeruauit. Ezech.17. Qui diſſoluit pactũ nemngd effugiet. z⁰ pponit eis ſalutis viã ad populũ. ¶ Et ad populũ. ¶ Et ꝑ dat eis elegẽdi libertatẽ. ¶ Ecce ego do. ¶ Ecc.15. Ante hoies vita t mors: bonũ t malũ: qđ placuerit ei dabit illi. Ponit diſiunctiones. ¶ g dicat. ¶ Eſa.51. Egredimini de medio ei⁹ pp̃le meus: vt ſaluet vnuſq; aiam ſuã ab ira furoris dñi. Et aſſignat rõnez. ¶ poſui.n. ¶ ſup. ¶ Olla ſuccẽſaz ego video. Et ad regẽ. ¶ Et domui ¶. dices ponẽs ꝓſilũ. ¶ Judicate mane. ¶ps. Eripue pauperẽ: t egenũ de manu peccãris liberate. Et ponit iminẽs piculũ. ¶ Ne forte. ¶ Deu.32. Ignis ſuccẽſus ẽ in furore meo: t ardebit vſq; ad iferni nouiſſima. 3⁰ excludit falſaz fiduciã ponẽs ꝓfidẽtie cãm. ¶ Ecce ego ad te ¶. Carces bierlm ¶ habitatricẽ vallis ſolide atq; cãpeſtris. ¶ Erat.n. bierlm in latere montis xp̃i⁹ vallẽ Amon. Ergo ps erat i valle. Vel dñi deſpectiue: ſic Eſa.22. Onus vallis viſiõis. tc. Et ẽt ex mõte bẽbat ſoliditatẽ ſozmidinẽ t firmitatẽ. Et ex fructiferis vallib⁹ bẽbat ferilitatẽ. Et ſuphã audacias. ¶ Qui dicitis ¶ Abdie. Qui dicis in corde tuo: gs detrahet me in terrã? Et cõminaꝛ penã. ¶ Et viſitabo: ſalt⁹ ¶ in fructuoſis pp̃lm. Joelis.¶. Ignis cõmedit ſpeciosa deſerti: & flãma ſuccendit omnia ligna regionis.

¶ Capitulum.XXII.

HEc dicit dñs. Deſcende in domũ regis iuda: t loqueris ibi verbũ hoc: t dices. Audi verbũ dñi rex iuda q ſedes ſup ſoliũ rex Dauid tu t ſerui tui t populus tuus qui ingredimini per portas iſtas. Hec dicit dñs. Facite iudicium t iuſtitiam t liberate vi oppreſſum de manu calumniatoris: t aduenã t pupillum t viduam nolite cõtriſtare neq; opprimatis iniquẽ t ſanguinem innocentẽ ne effundatis in loco iſto. Si eni facientes feceritis verbũ iſtud: ingredient p portas domus huius reges ſedẽtes ỏ genere Dauid ſuper thronũ ei⁹: t aſcẽdẽtes currus t equos ipſi t ſerui t populus eoꝝ. Q ỏ ſi nõ audieritis xp̃a hec: in memetipſo iurauí dicit dñs: qa in ſolitudinẽ erit dom⁹ hec. Quia hec dicit dñs ſup domuz regis iuda. Galaad tu mihi caput libani. Si nõ poſuero te ſolitudinem: vrbes ihabitabiles. Et ſanctificabo ſuper te interficientẽ vir t arma eius: t ſuccidẽt electas cedros tuas t precipitabunt in ignem: t pertranſibũt gentes multe per ciuitatem hanc: t dicet vnuſquiſq; ꝓximo ſuo. Quare fecit dñs ſic ciuitati huic grãdi. Et reſpõdebunt. Eo q dereliquerint pactum domini dei ſui: t adorauerint deos alienos: t ſeruierint eis. Nolite flere mortuũ: neq; lugeatis ſuper eũ fletu. Plangite eũ q egredietur qz non reuertet vltra: nec videbit terram natiuitatis ſue. Quia hec dicit dñs ad ſellum filium Joſie regem iuda q regnauit p Joſia patre ſuo qui egreſſus eſt de loco iſto. Non reuertetur huc amplius: ſed in loco ad quez tranſtuli cum ibi mozietur: t terram iſtam non videbit amplius.

Hic ponit cõminatio ⁊ reges ſz q in ꝓſona ꝑpa A
puniunt. Et arca ⁊ tria facit. Prio.n. ponit amũriãdi ꝑceptũ: t deſignat ꝑdicanõis locuz. ¶ deſcẽde ¶ qz tẽplũ vbi ꝓphẽta ſtabat ad oriãdũ: an emunctio n ſitũ erat. Act.¶. Deſcẽde t vade cũ eis nihil dubitãs: qz ego miſi illos. z⁰ dat ſalutis ꝓpoſitũ: petẽs auditũ. ¶ Audite. ¶ps. Et nũc reges itelligite: erudimini q iudicatis terrã: pponẽs ꝓpoſitũ vt faciat bonũ: ſeruãs iuſtitiã. ¶ Hec dicit dñs: iudiciũ ¶ executionẽ iuſtitie: qđ ꝓprie regis t iudicis eſt. Sap.¶. Diligite iuſtitiã q iudicatis terrã. Et ipedicãdo calumniã. ¶ Et liberate. ¶ps. Eripite pauperẽ: t egenũ de manu peccãris liberate. Et vt viter malũ ꝯtũ ad iniuſtitiã: oblatione rez. ¶ Et aduenã. ¶ Exod.22. Aduenã nõ ꝓpriſtabis: neq; affliges eũ. Et ꝯtra ad occaſionẽ innocentiz. ¶ Et ſanguinẽ innocẽtẽ. Exo.23. Inſontẽ t iuſtũ nõ occides: qz aduerſor ipiuz. Et ponit ꝓpoſitũ fructũ: ꝓponens ꝓmiſſũ ſeruãtib⁹. ¶ Si.n. faciẽtes. ¶ ſupra.17. idẽ. Et penaz ꝓtẽnẽtib⁹. ¶ Q si in memetipſo. ¶ Qz maiorẽ nõ hẽo. Debze.6. Dabzae nãq; ꝓmittẽs de⁹: qm̃ neminẽ habuit per quẽ iuraret maiorẽ: iuranit p ſemetipm. ¶ in ſolitudinẽ. ¶ Eſa.¶. De ſolabit̃ ſic in vaſtitate hoſtili ¶ dom⁹ ¶ regia: vel tẽplũ. 3⁰ ꝑdicit iminẽs piculũ. Et ꝓ in regiã vrbẽ: tãgens glias. ¶ Qz hec dicit dñs: ſup ſoliuz ¶. ¶ bierlm. ¶ Tu mihi caput ¶. tu fuiſti mihi caput in toto regno: ſic Galaad caput in planitie q̃ eſt in ſũmitate libani: vbi laban inuenit Jacob. Heu.3. ꝓps. Diligit dñs portas ſyon ſup oia tabernacula Jacob. Predicit futurã penã: ponẽs pene iflictionẽ: ꝯtuz ad deſolationẽ vrbiuz. ¶ Si nõ ꝓpoſuero ¶. q.d. nõ credaꝛ mihi ¶ vrbes ¶ tibi ſubditas. Joelis.2. Quaſi ortus voluptatis terra coꝝã eo: t poſt cũ ſolitudo ỏſerti. Et ꝯtũ ad occiſionẽ boiuz: ponẽs interficiẽtẽ. ¶ Et ſanctificabo ¶. q.d. ad meũ ꝑceptũ iplendũ ỏputabo. Sic. Eſa.13. Ego mãdaui ſanctificatis meis: t vocabo fortes meos in ira mea tc. Et interſectionem: ¶ t ſuccidẽt cedros ¶. ¶. maiores de populo: vt ſuet metapbora. Zach.11. Aperi libane portas: t comedet ignis cedros tuas: vlula abies: qa cecidit cedrus: qñ magnifici vaſtati ſũt: ponẽs ẽt penc iflicte ſuꝑbe. ¶ Et ptranſibũt gẽtes. ¶ vbi ponit interrogationẽ ſtupentiũ. ¶ Quare fecit ¶ t rñſionẽ audiẽtiũ. ¶ Et reſpõdebũt. ¶ Deut.29. Et dicẽt oes gẽtes: ꝛre ſic fecit dñs terre huic. Que eſt ira furoris ei⁹ imẽſa. Et rñdebunt: qz dereliquerũt pactũ dñi quod pepigit cũ pribus eoꝝ tc. B
¶ z⁰ ponit cõminatio ⁊ regiã ſturpẽ. Et ꝓ ⁊ Joachim ſi liũ Joſie. ibi ¶ Quia hec dicit tc. ¶ z⁰ ⁊ Joathã filiũ Joſie ibi ¶ Ueh q edificat tc. ¶ 3⁰ ⁊ Jeconiã filiuz Joachim. ibi ¶ Uino ego tc. ¶ Et de his bi. 4. Reg.24. Circa ꝑm⁹ duo. Primo ponit cõmatio: vbi iterdicit lucrũ ꝓ Joſia occiſo ¶ mortuũ ¶. ſ. Joſiaz. Ecc.22. Modicũ ploza ſup mortuum: qm̃ requieſcit. Et indicit plãctum pro Joathã a pba raone captiuato ¶ plãgite eũ. ¶ Job.20. Oculus q cũ viderat nõ videbit: neq; vltra intuebit̃ euz locus ſuus. Fletus aũt dñi cũ emiſſione lachrymaꝝ: luctus addit quãdã ſolẽnitatẽ: iz plãctus ad hoc addit cõqueſtionẽ ꝓ xp̃a. z⁰ ponitur cõminatiõis ꝓfirmatio ꝓ ſniam duinã. ¶ Quia hec dicit dñs: ſellum. ¶ Joachim: quia omnes filij Joſie dicti ſunt ſellum: ideſt conſũmatio eo q in ipſis regnum finitum ſit. Eſa.22. Quaſi pilam mittet te dominus in terrã latam t ſpatioſam. Et ſm hoc tota prophetia iſtius capituli facta eſt temporibus Joachim: t dicit captiuitatem Joathaz quaſi preterimm: t ꝑdicit aliorum captiuita-

tem ꝗſi futurū.ſꝫ Hieron.vult q̄ iſtud qđ dictū ē expo
nat de Sedechia:& q̄ hucuſq; ꝓphetia facta ſit rpibus ſe
dechie a ꝑn° z° cap. Et deinceps ſup Joachim.

¶ Veh q̄ edificat domū ſuā in iniuſtitia & ce
nacula ſua nō in iudicio. Amicū ſuū oppri
met fruſtra: & mercedē nō reddet ei. Qui di
cit: edificabo mihi domū latam & cenacula
ſpatioſa: q̄ aperit ſibi feneſtras: & facit laquea
ria cedrina: pingitq; ſynopide. Nunqđ re
gnabis: qm̄ ꝓfers te cedro? Pater tuus nūqđ
nō comedit & bibit & fecit iudiciū & iuſtitiā:
tunc cū bene erat ei? Judicauit cām̄ paupe
ris & egeni in bonū ſuum. Nunqđ non ho: q̄
cognouit te dicit dñs. Tui vō oculi & cor
ad auaritiā & ad ſanguinē innocentē funden
dum & ad calumniā: & ad curſum mali ope
ris. Propterea hec dicit dñs ad Joachim
filiū Joſie regē iuda. Non plangent eū veh
frater & veh ſoror nō cōcrepabūt ei veh do
mine & veh inclyte. Sepultura aſini ſepelie
tur: putrefactus & piectus extra portas hie
ruſalē. Aſcende libanū & clama: & in baſan
da vocem tuā & clama ad tranſeuntes: q̄ cō
triti ſunt oēs amatores tui. Locutus ſum ad
te in abundātia tua: dixiſti: nō audiā. Hec eſt
via mea ab adoleſcētia tua: q̄ nō audiſti vo
cem meam. Omnes paſtores tuos paſcet vē
tus: & amatores tui in captiuitatē ibunt. Et
tunc ꝓfunderis & erubeſces ab omni mali
tia tua: que ſedes in libano & nidificas in ce
dris. Quomodo congemuiſti cum venirent
tibi dolores quaſi dolores parturientis?

¶ Hic ponit cōminatio ꝫ Joachim. Et p̄ arguit culpam
iniuſte edificationis ponēs iniuſtū edificiū. ⁊ Veh ei q̄
edificat ⁊.ſ. Joachim filio Joſie ⁊ cenacula ⁊ cameras ⁊ p
ptic illas ad q̄s aſcendit ſcalis vel gradib? a cenando di
ctas. Eccl.21. Qui edificat domū ſuā ipenſis alienis: q̄ſi
q̄ colligit lapides ſuos in hyeme. ⁊ Amicū ſuū ⁊ petens.ſ.
auxiliū ad edificandū. Leui.19. Non remanebit merces
mercenarij tui apud te vſq; mane. ponēs ēt edificij orna
tum. ⁊ Qui dicit: edificabo laquearia ⁊ cameris elcua
tis in ſolariū obſeruatiōe ſuccedūt ⁊ ſynopide ⁊ colore ru
beo dicto a ſynope ciuitate pſiæ. z° excludit falſas fidu
ciam qua p̄mittebat ſibi p̄ſperitatē quā p̄ iuus Joſias
habuerat: ponēs ſtultā compationē. ⁊ Nunqđ regnabis:
cedro ⁊ pſi mo. p̄s. Vidi impium ſuperexaltatū & elevatū ſic̄
cedrus libani. Et oſtendēs eor diſcretionē: proponēs pa
tris iuſtitiā ⁊ pf manus comedit. Et tū pp abundātiā nō de
ſeruit iuſtitiā: & ideo p̄ſpere ſibi ſucceſſit. Job.29. Cūq
ſederem q̄ſi ex circūſtāte exercitu. Erā tamen merentū
conſolator. Et proponēs filij iniuſtitiā ⁊ tui vō oculi ⁊ q̄tus
ad cogitationē ⁊ cor ⁊ q̄tus ad affectionē cordis ⁊ ad ava
ritiā ⁊ q̄tum ad iniuſtā rei ablationē. ⁊ calumniā ⁊ falſas
crimina impoſitionē: vt tali occaſione opprimeret ⁊ ad cur
ſum mali ⁊.q.d. qđ corde p̄cepas: hoc exercebas. Gene.6.
Cūcta cogitatio humani cordis intenta eſt ad malum oi tē
pore. ¶ z° cōminat penā ⁊ pp hoc dicit dñs. ⁊ Et p̄ q̄tum
ad ipm regē: priuatione plāctus ⁊ nō plangēt ⁊ ſanguinei
⁊ nō cōcrepabūt ⁊ ſimul p̄cordātes ſubdūt. ſupra.16. Nō
plāgent: & nō ſepelient: in ſterquiniū ſup faciē terre erūt.
Et priuatione ſepulture. ⁊ ſepultura aſini q̄s proiect? be
ſtijs dicto: ādus Eſa.14. Oēs reges gētiū vniuerſi dor
mierūt in gloria: vir in domo ſua. Tu aūt proiectus es ꝺ
ſepulchro tuo q̄ſi ſtirps inutilis polluus & obuolutus cū
his q̄ interfecti ſūt gladio & deſcēderūt ad fundamēta la
ci. De illo aūt Joachim: diuerſa in diuerſis ſucnium. 4°
ini Reg. z 4. dī ⁊ q̄ imiſit dñs latrūculos vicinar gen
tium ꝫ ipm: q̄ interfecerunt ipm: & dormiuit cū p̄ib? ſuis.
z° Xo Paral. 36. dī ⁊ q̄ aſcendit ꝫ eus Rex babylonie: &
duxit eū in babyloniā quaſi captiuū. Joſephus aūt dicit
q̄ cum igreſſus eſſet ciuitatē Nabuchodonoſor vel Na
buzardā: fregit pactū: & interfecit multos iuuenes: cum q̄
bus & Joachim. Dic aūt dī q̄ fuit inſepult?. Et ideo ad
p̄cordiā olim dor: ſciendū eſt q̄ iſte Joachim ſubſtitu
tus fuit a pharaone Joathaz fratri ſuo: & regnauit poſt
eū rege egypti. Tandē. 8. āno regni ei?: venit Nabucho
donoſor ꝫ eū: & tradidit ſe ſibi. Et factus eſt ei tributari?
duob? annis: in decio aūt āno rebellauit. Uñ nabucho
donoſor venit ꝫ eum: & captiuū ducebat in babyloniam:
cui in via p̄ſederauus eſt: & reuerſus eſt i hieruſalē. Sed
Nabuzardā ꝓgregatis latrūculis vicinar gētiū ⁊ trauit
hieruſalē: & frāgens pactū: interfecit eū. Quo ſepulto in ſe
pulchris Regus a populo terre: nabuzardā idignatus: fe
cit eum effodi: & proici beſtijs deuorādū. ¶ z° ꝫ princi
pes ipſi? ponēs eor ꝺtritionem. ⁊ Aſcende libanū ⁊ mon
tem tēpli ⁊ in baſan jā ſubiacet monti hieruſalē. Eſa.40.
Sup montē excelſus aſcēde tu q̄ euāgeliças ſyon. ⁊ ama
tores ⁊ p̄ncipes & defenſores: ponēs ēt hui? rōnis ex Iobe
dientia. ⁊ Locutus ſum: in abūdantia ⁊ .i. q̄ſi bonis a me tra
ditis abūdabas. ſupra.6. Audite vocē tube. Et dixerunt:
nō audiemus. Et ex antiqua ꝓſuetudine ⁊ hec eſt via ⁊ .ſ. in
obedientia ⁊ ab adoleſcētia ⁊ .ſ.a rpe qua egreſſa es de egy
pto. Eſa.48. Trāſgreſſōrē ex vētre vocaui te. ſupra.z. A
ſeculo ꝓfregiſti iugū meū: rupiſti vincula mea: & dixiſti:
nō ſeruiā. Et ponit ꝺtritionis modū & ordinē ⁊ oēs paſto
res ⁊ .i. p̄ncipes ⁊ vētus ⁊ diſperſionis in captiuitatē. ⁊ ama
tores ⁊ egypti. Oſee.12. Effraim paſcit ventū: & ſequitur
eſtum. 3° cōminatur ꝫ ipſam ciuitatē regalē ꝓfusionem.
⁊ Et tu q̄ ſedes ⁊ in quo deſignat ſuperbia. Ro.6. Quem q̄
fructū habuiſtis tunc in illis in q̄bus nūc erubeſcitis? Et
dolorem. ⁊ Qūo congemuiſti ⁊ p̄teritū pro futuro ⁊ partu
rientis ⁊ p̄s. Ibi dolores vt parturientis.

¶ Viuo ego dicit dñs: q̄ ſi fuerit Jeconias
filius Joachim regis iuda anulus in manu
dextera mea: inde euellam eum. Et dabo te
in manu querentium aiam tuam: & in manu
quor tu formidas faciē: & in manu Nabu
chodonoſor regis babylonis: & i manu cha
deor. Et mittā te & matrem tuā que genuit
te in terrā alienā in qua nati non eſtis: ibiq;
morieminī. Et in terrā ad quam ipſi leuant
aiam ſuam vt reuertant illuc & nō reuerten
tur. Nunqđ vas fictile atq; contritū vir iſte
Jeconias? Nūqđ vas abſq; omni voluptā
te? Quare abiecti ſūt ipſi & ſemen eius & p̄
iecti ſunt in terrā quā ignorauerunt.

¶ Hic ponit cōminatio ꝫ Jeconiā. Et p̄ cōminat captiui
tatē. z° ſterilitatē ibi ⁊ Terra terra. ⁊ Circa p̄m̄ duo. ꝓio po

nisi captiuitatis cōminatio: qz cōminat dignitatis amissionē: z diuini auxilij destitutionē. ¶ Si fuerit ¶ q̄tūcūq; in loco murato sit: q̄asi rex populi mei ¶ euellā ¶ priuādo ispm dignitate sua: z auxilio meo. Apoc. 2. Amouebo candelabr̄ tuū de loco suo nisi pniaz egeris. Cōminat etiā hostiū seruitutē ¶ z dabo &c. ¶ Tren. 3. Dedit me dns i manu de q̄ nō potero effugere. Cōminat ēt captiuitatem ¶ z mittā. ¶ Baruch. 3. Quid est israel q̄ in terra inimicor̄ es: Inueterasti in terra aliena. 2° ponit cōminatiōis admiratio ¶ nūqd ¶ q. nullā soliditatē vanis vel potētie dns ¶ volūtate ¶ qz dns in ipso nō delectat. Eccl. 21. Cor fatui q̄si vas p̄fractū: z oēm sapientiam nō tenebit.

¶ Terra terra terra audi sermonez dñi. Hec dicit dns. Scribe virū istū sterilem: virum q̄ in diebꝰ suis nō p̄sperabit. Nec enī erit d̄ semine eiꝰ vir q̄ sedeat super solium Dauid: z potestatem habeat vltra in iudea.

¶ Dic cōminat sterilitatē: qz nec tenebit fructū p̄tis p̄speritatis. ¶ Terra ¶ q. d. ex quo boies nō audiūt: saltē insensibilia obediant. Uel est methonomia: pūnēs p̄ ptento. Et dicit ad maiorē expressionē. Uel pp tres ptes terre. Deut. 22. Audiat terra vba oris mei. ¶ Scribe ¶ quasi sniam q̄ scripto tradit vt in memoria p̄seruet. supra. 17. ptm iuda scriptū est stilo ferreo in vngue adamantino. ¶ sterilē: qz mēte nō capiet ea q̄ sibi sorēt vtilia. ¶ nō p̄sperabit ¶ in opib⁹ suis. Erit ēt sterilis q̄tum ad fructus successiōis in dignitate regali. ¶ Nec. n. erit vir: ¶ q̄ sit purꝰ bō. Chr̄s. n. de semine eiꝰ fuit: ¶ fuit deꝰ z bō. Matth. p. Nec illo regnādi mō rex fuit: ¶ regnat eternaliter ad dexterā dei p̄tis ¶ potestatē bēat ¶ q̄si regiam. Quia Zorobabel nepos eiꝰ: rex populi nō fuit. infra. 36. Non erit ex eo q̄ sedeat super solū Dauid &c. ¶ Nota sup illud. Nolite flere sup mortuū: q̄ nō multū plorādū est sup mortuus: pp planctꝰ iutilitatē Eccl. 38. Ne dederis in tristitia cor tuū: ¶ repelle eam a te: pp mortis cōitatem. 2. Reg. 14. Oēs morimur: z q̄si aque dilabimur in terrā q̄ nō reuertunt: pp culpe īmunitatē. Sap. 4. Raptꝰ est ne malitia mutaret intellectū illiꝰ: aut ne fictio decipet aiam illiꝰ: pp laboris getē. Apoc. 14. Amodo ¶ dicit spūs: vt requiescāt a laboribꝰ suis: pp glie p̄secutionē. 2° Cor. 5. Scimꝰ. n. q̄ si terrestris domus nra huiꝰ habitatiōis dissolnat: q̄ edificationē ex deo habemꝰ: domū non manu factā: ¶ eternā in celis. ¶ Itē sup illud. Oēs pastores tuos pascet ventus: nota q̄ pastores ecclie q̄nq; pascit ventꝰ elatiōis. Isa. 57. Oēs eos auferet ventus: tollet aura. Uētus nimie expectationis. Eccl. 34. Qua q̄ apprehēdit vmbrā z pscquit ventus: ste z q̄ antēdit ad visa mēdacia. Uētus captiuitatis. Ezech. 5. Tertiā ptem disperges in ventū: z gladiū nudabis post eos. Et future damnationis. supra. 17. Sicut ventus vrens dispergam eos cora inimico: dorsum z nō faciem ostendam eis in die p̄ditionis eor̄.

¶ Capitulum. XXIII.

Ve pastoribꝰ qui dispergūt z dilacerāt gregem pascue mee dicit dominꝰ. Ideo hec dicit dns deꝰ israel ad pastores q̄ pascunt populus meum. Vos dispsistis gregem meū z eiecistis eos z non visitastis eos.

A Hic ponit cōminatio ¶ oēs p̄ncipes in ḡnali. Et ¶ ponit cōminatio ¶ malos p̄ncipes. 2° ponit discretio bonor̄ a malis. ¶ Ondit mihi dns. cap. 24. Primo dividit in duas. Prio ponit cōminatio ¶ peminētes i populo ex auctoritate regiminis. ¶ platos. 2° ¶ peminētes in populo ex p̄uilegio diuine reuelatiōis scilz ppbetas. ibi ¶ Ad ppbetas &c. ¶ Circa ¶ duo. Prio arguit culpā. 2° cōminat penaz. ibi ¶ Ecce ego &c. ¶ Circa ¶ duo. Prio ponit populi dispersio ¶ dispergūt ¶ expellendo de terra sua ¶ dilacerāt ¶ occidēdo vel spoliando: vel pp tyrānidē quā in eos exercebāt: vel qz fuerūt occasio vt populus hoc ab hostib⁹ paterer. ¶ eum in pctis viuentes: populū a peccatis nō retrahebāt. isa. 50. Ex pdit⁹ factus est populꝰ meꝰ: pastores eor̄ seduxerūt eos: fecerūtq; vagari i montib⁹. 2° ponit pastor̄ increpatio ¶ ideo hec dicit dns: eiecistis ¶ occasionaliter: vel pp tyrānidem. Ezech. 34. Lombus vestris ventilabatis omnia infirma pecora donec dispergerentur foras.

¶ Ecce ego visitabo sup vos malitiā studiorum vestror̄ ait dns. Et ego ¶ gregabo reliquas gregis mei de oīb⁹ terris ad q̄s eiecero eos illuc: z ¶ uertā eos ad rura sua z crescent z multiplicabūt: z suscitabo sup eos pastores z pascēt eos. Nō formidabūt vltra: z nō pauebūt z nullꝰ q̄rēs ex nūero dicit dns. Ecce dies veniūt dic dns: z suscitabo Dauid germen iustū z regnabit rex et sapiēs erit: z facī et iudiciū z iustitiā i terra. In diebꝰ illis saluabit iuda: z israel habitabit ¶ fidēter. Et h̄ est nomen q̄d vocabunt eū: dns iustus noster.

